EURIPIDES RHETORICUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE ATQUE CONSENSU

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

AD

GRADUM DOCTORIS IN PHILOSOPHIA RITE CONSEQUENDUM

SCRIPSIT

THOMAS MILLER

ANGLUS.

GOTTINGAE MDCCCLXXXVII

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.

GUIL. FR. KAESTNER.

Eduardii Meredith Cope

pie memor.

Index Capitum.

I.

II.

III.

I.

Κέχρηται δὲ καὶ Εὐριπίδης τεχνικῶς τούτῳ τῷ εἴδει Anaximenes.

In saeculo Periclis tot honestis studiis referto singularis Rhetoricae felicitas contigit. Primam enim hanc disciplinam in libro scripto tractabant qui artis rationem atque usum proponeret et meditationem hominum ad certam praeceptorum normam dirigeret. Parva quidem initia erant ex quibus tanta eloquentiae miracula provenirent. At profectus ille documentum edidit quantum efficerent studia hominum in unum collata, quae doctrinam a prioribus exceptam continenter augerent, donec copia ipsa mirationem moveret (Aristot. S. E. 33. 15).

Euripides fere cum nascente arte natus, cum se studiis illis multo ardore immiscuisset, ipse quoque plusquam poetae prodesset, in hac re elaboravit. Cuius ex thesauris pauca depromere mihi in animo est, ut exemplis subiectis vigentem rhetoricam considerare possimus.

Antequam tamen ad Euripidem accedamus, necesse est artem, qualem ipse didicerit, diligenter intueri. Inique autem accidit ut Artes jam tum temporis tritae, insectante Platone, Aristotele emendante, funditus deperierint. Nec Aristoteli ipsi, qui praecepta omnium priorum conquisita in unum conduxit, post saeculorum seriem melius successit. Periit Συναγωγὴ τεχνῶν, quae in causa fuit, ut priores interirent (Cic Inv. 2, 2, 6). Disiecta tanquam membra, rursus cum multa industria nostra aetate collecta, ita disponere conatus sum, ut uno sub conspectu, quid ubique poeta secutus sit, commodissime perspici possit. Quam viam Plato praeivit, nos optime sequemur, ita ut ab exordio profecti, omnes orationis partes percurramus, donec ad conclusionem

perventum est. Huc si Isocratea accesserint, ceteris undique contractis, fere omnia habemus, quae ex scriptoribus usque ad editos Anaximenis Aristotelisque libros hodie supersunt.

Pauca prius praefanda sunt, ut quid illi ipsi de suo studio senserint, manifestius fiat.

Quid sit Rhetorice et quis eius finis.

Rhetorice iam tum varie finita est. Quam quidem Gorgias apud Platonem vult esse persuadendi opificem (Gorg. 453 A. Quint. 2, 15, 18; Orat. Att. 2. p. 130). Idem sensisse et Corax et Tisias dicuntur (Spengel. Art. Script. p. 34). Quem finem Isocrates excepit; ait enim „rhetoricen esse vim persuadendi“ vel, ut alii malunt, πειθοῦς ἐπιστήμην (Quint. § 3, O. A. frt. 2). Nec aliter Alcidamas (O. A. 2. p. 155): et fere idem Prodicus Hippiasque (Spengel. A. S. p. 213). Denique liceat apponere etiam verba sive Theodectis sive Aristotelis, „finem esse rhetorices ducere homines dicendo in id, quod actor velit“ (Quint. § 10) Idem Theodectes inventa, ut videtur, Isocratis probans, opus rhetorices ita finit: προοιμιάσασθαι πρὸς εὔνοιαν, διηγήσασθαι πρὸς πιθανότητα, πιστώσασθαι πρὸς πειθώ, ἐπιλογίσασθαι πρὸς ὀργὴν ἢ ἔλεον (Sauppe O. A. 2, 247).

Partes orationis.

Hanc partium divisionem esse antiquissimam memorant. Agnoscit Plato (Phaedr. 266 D. sqq.), nec tamen cum ea omnino consentit, ita perspicue partes secernens: προοίμιον πρῶτον . . . δεύτερον διήγησίν τινα μαρτυρίας τ' ἐπ' αὐτῇ, τρίτον τεκμήρια, τέταρτον εἰκότα . . . . . τὸ δὲ δὴ τέλος τῶν λόγων πᾶσιν ἔοικε συνδεδόγμενον εἶναι, ᾧ τινες μὲν ἐπάνοδον, ἄλλοι δὲ ἄλλο τίθενται ὄνομα (266. D. 267. D.). Ordinem partium habes: videntur tamen priores illi testimonia (πίστεις ἀτέχνους, Arist. ἐπιθέτους Anax.) narrationi subiunxisse (ἐπ' αὐτῇ), neque adhuc partem probationis alteram, „quae est tota in arte“ (ἔντεχνος Quint. 5, 8, 1), in unum caput contractam uno nomine vocavisse. Quod idem ex multiplicatis illis vo-

cabulis apud Platonem elucere videtur: eodem spectat mos ille nova nomina incudendi ab Aristotele reprehensus (Rh. 3, 13. 5). Sunt qui tradant, seriores illi quidem scriptores, Coracem jam adultam artem in lucem edidisse: καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐκάλει προοίμια, τὰ δὲ δεύτερα ἐκάλεσεν ἀγῶνας, τὰ δὲ τρίτα ἐκάλεσεν ἐπιλόγους (Doxopater Rh. Gr. VI, 13). Eadem alius auctor iisdem fere verbis refert (Prolegg. in Hermog. ap. Spengel A. S. p. 25). Extrema tantum aliter sonant: ἅπερ ἐκάλεσε προοίμιον, διήγησιν, ἀγῶνας, παρέκβασιν, ἐπίλογον. Mira discrepantia: unde colligas artes Coracis et Tisiae illectas iacere. Nam si ea partium distributio ita appellata, apud eos scriptores exstitisset, Phaedrus ille in enumeratione verborum artis propriorum vix neglexisset, ut cuius manibus Tisiae saltem ars trita esset (Phaedr. 273 A.). Profitetur idem se nihil nisi pauca nullius momenti praetermittere (267. D.). Seriem partium natura ipsa praescribit; omnia subtiliter discreta iam tum esse dubites (Cic. de or. 2, 76. Arist. S. E. 33, 15).

Isocrates ejusque discipuli orationem in quattuor partes distribuisse ex verbis Theodectis iam laudatis patet, confirmatque Dionysius (de Lys. Iudic. Reiske O. A. 6, p. 193). Haec sunt προοίμιον (p. 194) διήγησιν (Ib.) πίστεις (197) ἐπίλογος (199). Quos ita repraesentat Cicero: „Orationis quot sunt partes? Quattuor. Eorum duae valent ad rem docendam, narratio et confirmatio; ad impellendos animos duae, principium et peroratio“ (Part. orat. 1, 4). Dionysius quintam ponit partem (πρόθεσιν), tenui limite divisam, quae et prooemio et narrationi affinis, arctius tamen illi cohaereat; et ita esse vel inde colligas quod non idem videtur orationem esse ἀπροοιμίαστον atque a sola prothesi incipere. Porro haec prothesis id praestat ut auditor sit docilis, quod idem prooemii munus est (Ib.). Ea ante narrationem sedes Lysiae placuit (μεθόριον . . . . ἡ πρόθεσις p. 194). Quadruplicem divisionem usitatam esse testatur Aristoteles, ipse duplicem tantum proponens (Rh. 3, 13) scilicet προοίμιον, πρόθεσις, πίστις, ἐπίλογος. Ordinem servat; omittit narrationem, quae non in omnia orationum genera cadat (3, 16, 11).

Hinc jure mireris Anaximenem videri prothesin aliter et animo concepisse et collocavisse (c. 30 §§ 21, 22). Huc trahas aliud Isocratis fragmentum (Sauppe frgt. S. O. A. 2) de quo infra dicendum erit.

De Prooemio.

Exordium iam apud Platonem προοίμιον appellatur, qui de alio principii nomine silet. Apud Coracem tamen dicitur κατάστασις in usu fuisse (Syrian. ad Hermog. Rh. IV, 575, Volkmann p. 150). Haec videtur esse verbi significatio in Isocrate (frgt. 8), ut certe est apud Anaximenem (semel c. 30. § 22 extr.). Scilicet Rhetores vocabulum in diversas significationes jam detorquebant (Volkmann p. 149). Num praecepta de iis quae in prooemio tractanda sint, Corax dederit, vix ex locis iam supra allatis concludi potest. At Thrasymachus apud Platonem non sine irrisione laudatur quod sit διαβάλλειν τε καὶ ἀπολύσασθαι διαβολὰς ὁθενδὴ κράτιστος (Phaedr. 267. D.). Haec in prooemium cadunt. Quae si conjuncta legis cum rebus epilogo propriis, id in causa fuisse videtur, quod omnia quae ad affectus movendos componendosque Thrasymachus in libro suo (ἐν τοῖς ἐλέοις Ar. Rh. 3, 1, 7. ἐν τῇ μεγάλῃ τέχνῃ Schol. Ar. Av. 881) conscripserat. Testis est Aristoteles iam inveteratum esse morem illum sui in prooemio excusandi (Rh. 3, 14, 10, ubi exempla ex Euripide et Sophocle affert). Placita Isocrateorum dat Dionysius (de Lys. Iud. p. 193 sq.) et exemplis a Lysia oratore petitis illustrat. Scilicet ante omnia, si qua sui exstat criminatio, orator se purgat (Id. p. 194, cf. Anax. c. 30. §§ 21, 22). Si culpa vacat, incipit a sui laudibus, ab adversarii criminatione. Inde adulando iudices conciliat, se infirmum esse, adversarium potentem affirmat; rem tractatam et reipublicae interesse et ab auditoribus non neglegendam esse — denique nihil est omittendum quod se sublevet, quod adversarium deprimat (p. 194). Profecto, secundum artium scriptores, id efficiendum est, ne ipse improbior videaris, et ut auditorem benivolum, attentum, docilem facias (p. 201, Quint. 4, 1, 5).

Nec praescriptum modum excedere prooemium debet (Isocr. Panath. § 33). Orator brevitati et simplicitati studet (ταῦτα συντόμως καὶ ἀφελῶς διανοίαις τε χρησταῖς καὶ γνώμαις εὐκαίροις καὶ ἐνθυμήμασι μετρίοις περιλαβὼν ἐπὶ τὴν πρόθεσιν ἐπείγεται Dionys. p. 194).

Porro Aristoteles ad firmandum praeceptum de prooemiis in genere demonstrativo exempla petit a Gorgia qui laudatione, ab Isocrate qui reprehensione utatur.

Semel idem Gorgias in eodem genere prooemium omisit: est ubi Lysias aut omiserit aut a sola prothesi inceperit (Ar. Rhet. 3, 14, Dionys. p. 194, Volkmann 145).

De Narratione.

Alterum locum tenet Narratio (δεύτερον δὲ δὴ διήγησίν τινα Pl. Phaed. 266. D.). Satis negligenter illa a Platone nominata est. Negligit quoque prior auctor, quem supra laudavimus, in enumerando divisionem a Corace institutam, quamquam nominis mentionem fecerat (Doxopater λέγειν ὡς ἐν διηγήσει Rh. Gr. VI, 13). Hanc partem Aristoteles vult omittere in deliberativo genere (Rh. 3, 16, 11). At in eodem genere eam tenet Anaximenes: nec is tenet modo: accuratior et copiosior est praeter consuetudinem in praeceptis dandis (cc. 31, 32). Quibus ex indiciis iure colligas iam apud antiquissimos scriptores de hac parte certatum esse; eos, quibus in subsidium Aristoteles accessit, superiores discessisse, notum est.

Theodori illius (τοῦ λογοδαιδάλου) schola duo procudit nova nomina, a Platone praetermissa, quae Aristoteles memorat et spernit: (προδιήγησις, ἐπιδιήγησις Rh. 3, 13, 5): vix enim ea aliquid novi denotare videri. Seriores tamen plura de hac parte studiose congerebant (Spengel A. S. 100, Volkmann 151). Παραδιηγεῖσθαι, scilicet aliquid inter narrandum inicere, adhibendo ipse Aristoteles comprobat. Prius illud προδιήγησις narrat res ante negotium de quo agitur gestas et praesentia cum praeteritis nectit (Volkmann l. c.). De altero Quintilianus sic pronuntiat: „Est quaedam repetita narratio, quae ἐπιδιήγησις dicitur, sane res declamatoria etc.“

(IV, 2, 128). Et is de sua aetate recte. Quid ni tamen apud Theodoreos, ut προδιήγησις de re praeterita, ita ἐπιδιηγήσει de insequentibus dicendum fuit? Hic Theodorus Isocratea praeoccupat. At vir ille et Platoni et Aristoteli in arte subtilior visus est (Cic. Brut. 12), quibuscum posteri consentiunt (οὔτε ἐν ταῖς τέχναις ἀκριβῆ. Dion. de Isaeo. Reiske O. A. 7. p. 365). Optime tamen Isocrates: ἐν τῇ διηγήσει λεκτέον τό τε πρᾶγμα καὶ τά πρὸ τοῦ πράγματος καὶ τὰ μετὰ τὸ πρᾶγμα καὶ τὰς διανοίας, αἷς ἑκάτερος τῶν ἀγωνιζομένων χρώμενος τόδε τι πέπραχεν, ἢ μέλλει πράττειν καὶ τούτων τοῖς συμβαλλομένοις ἡμῖν χρηστέον (frg. 9. O. A. 2). Ita Syrianus. At Sopater eadem ex Isocrate laudans pauca mutat: σκοπητέον ἐν τῇ καταστάσει (Sp. A. S. 161). Verbum idem (καταστάσεσι), tanquam ex Isocrate, alii de prooemio ponunt (frgt. 8. O. A.); et quidem cum simili praecepto coniunctum, scilicet ut callide res in nostrum usum sint convertendae. Isocrates vix potuit idem vocabulum in arte tam ambigue adhibere: seriores in hac re minus curiosi effecere ut is aeque incuriosus videatur (cf. Ernest. Lex. Rh. s. v. κατάστασις diversa coacervantem). De Isocrate statuendum est verbum in antiquiore significatione adhiberi (tamen κατάστασις = διήγησις Volkmann 149).

At verba Isocratis μέλλει πράττειν nonnihil dubitationis afferunt; quae aut ad futurum tempus post litem referri, aut pro imperfecto (ἤμελλε πράττειν) poni possint. Illud potius videtur: unde fit πρόρρησις, aut narratio ea de futuris rebus, quam Anaximenes praecipit, Aristoteles improbat, Quintilianus irridet (Anax. 31. § 4, Ar. Rh. 3, 16, 11, Quint. 4, 2, 3). Nobis usum Euripideum ad Anaximenis normam conferentibus et rem et nomen tueri licet. Nec posteriores spernunt (Volkmann 150).

De ordine narrationis quoque Isocratem cum Anaximene consentientem habes. Ita enim ille: διηγητέον δὲ τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον καὶ τὰ λοιπὰ ἑπομένως· καὶ μὴ πρὶν ἀποτελέσαι τὸ πρῶτον ἐπ' ἄλλο ἰέναι; εἶτα ἐπὶ τὸ πρῶτον ἐπανιέναι ἀπὸ τοῦ τέλους· καὶ αἱ ἐπὶ μέρος δὲ διάνοιαι τελειούσθωσαν ἐφ' ἑαυτὰς περιγραφόμεναι (frg. 13 O. A., cf. Anax. c. 31. § 5). Et ad

dispositionem et ad dictionem pertinent quae de narrationis ratione Quintilianus tradit: „Eam plerique scriptores, maxime qui sunt ab Isocrate, volunt esse lucidam, brevem, verisimilem“ (4, 2, 31). Nec aliter Dionysius Isocrateis obsequens: qui Lysiam laudat ut normam quandam huius generis unde Rhetorici tanquam a fonte praecepta bene narrandi trahant (τὸ σύντομον . . . τὸ σαφές . . . ἡδεῖαί τε . . . καὶ πιθαναί p. 196). Iucunditatis quidem praeceptum ad Theodecten discipulum Quintilianus refert: eodemque aliud de magnificentia (4, 2, 61—3). At brevitatis praeceptum non sine irrisione Aristoteles contemnit, invidiose interpretans (ταχεῖαν Rh. 3, 16, 4, Quint. § 32). Modum iustum iam ante Prodicus ridens probaverat: unde sua Aristoteles traxit, si revera haec sunt Aristotelis (Pl. Phaedr. 267. B. συντομίαν λόγων . . . . . ἐγέλασε . . . . μετρίων γελοίως . . . . οὐδὲ . . . τὸ συντόμως ἀλλὰ τὸ μετρίως Ar. l. c.). Denique quod praecipit Quintilianus (4, 2, 46): „Non inornata debet esse brevitas“: id, si quis alius, praestitit Euripides.

De Probatione.

Inde ad probationem transeamus. Ad quam denotandam unum et proprium nomen in loco illo Platonis deesse supra monuimus. Antipho iam intra fines unius sententiae capita multa incluserat: λόγους εἰκότας . . . τοὺς μαρτύρας . . . . τεκμήρια (6, 31). Artificiosius Plato ordinem servat, sed testimonia tanquam appendicis loco statuit (διήγησίν τινα, μαρτυρίας τ' ἐπ' αὐτῇ, τρίτον τεκμήρια, τέταρτον εἰκότα Phaedr. 267. D.). Aliter tamen ordinat Anaximenes, εἰκότα praemittens c. 37. § 15). Cum Platone testimonia negligente consentiunt illi qui totum hoc genus inartificiale a praeceptis removere (Quint. 5, 1, 3).

De Corace Tisiaque supra satis dictum est. Nomen πίστεις antiquiores, seriores ἀγῶνας amant (Volkmann 175).

De Signis.

Tertio loco Plato habet τεκμήρια, vocabulum molestum tanquam belluam quandam multorum capitum. De usu Eu-

ripideo infra dicturus hic viam tantum praemuniam. Mira quidem in arte sua Antiphon: σημεῖον καὶ τεκμήριον διαφέρει: Ἀντιφῶν ἐν τῇ τέχνῃ τὰ μὲν παρῳχημένα σημείοις πιστοῦσθαι, τὰ δὲ μέλλοντα τεκμηρίοις (frgt. 74, O. A. 2. p. 145). Quem tamen ego iudico illud voluisse, scilicet τεκμηρίοις χρῆσθαι τοῖς πρότερον γενομένοις περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι (Andoc. 3, 2). De exemplis cogitat; tamen nemo praeceptum sequitur (Volkmann 197). Orator ipse cum Rhetore non consentit. In orationibus enim, „si ex contrario, ἐκ τοῦ ἐναντίου, argumentatur, μέγιστον hoc dicit τεκμήριον“ (Spengel. Anax. 161). Diserte idem εἰκότα, τεκμήρια inter se opponit (Tetr. A. δ. 10). In loco uno (1, 11, 12) ter Antiphon verbum adhibet, ubi de tormentis sermo est, ut est apud eundem in altero loco bis (5, 38) in tertio (6, 27) bis, et apud Lysiam (4, 12). Antiphon (5, 38), Lysias (4, 12) Andocides (1, 24) verba τεκμήριον et ἔλεγχον ut similia et paria adhibent. Omnino comparandi sunt inter se Anaximenes et Antiphon (Ant. 6, 31 τεκμήρια ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων . . . . αὐτοὺς ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐξελεγχομένους. cf. Anax. c. 10 τοῖς συμβαίνουσι περὶ τὸν λόγον ἢ τὴν πρᾶξιν ἐναντιώμασι τεκμαίρονται μηδὲν ὑγιὲς εἶναι). A populo mutuantur sua oratores; Aristoteles e dialectica: popularem usum restringit Anaximenes, cum quo consentiens ait Plato (Phaed. 68. B): τεκμήριον ἀνδρὸς . . . . ὃν ἂν ἴδῃς ἀγανακτοῦντα . . . . . . ὅτι οὐκ ἄρ' ἦν φιλόσοφος. Aristoteles certe id de suis diserte affirmat in Rhetoricis (τεκμήριον = πρότασις ἀναγκαία Anal. prior. 2, 27 cf. Rh. 1, 2, 14 sqq.). Secundum Aristotelem Quintilianus: Quae necessaria sunt, Graeci vocant τεκμήρια (5, 9, 3).

Quae quarto loco Plato εἰκότα habet, eadem Quintilianus statim post τεκμήρια tractat: Alia sunt signa non necessaria quae εἰκότα Graeci vocant . . . Signum vocant σημεῖον (5, 9. § 8, 9). Hanc tanquam solum enthymematum fontem Corax tractaverat (Ar. Rh. 2, 24, 11, Blass Att. Beredsamkeit 1, 20). Quod exemplum τοῦ εἰκότος Aristoteles ex arte Coracis attulit, idem Plato apud Tisiam invenit (Pl. Phaedr. 273, Ar. l. c.). Notae sunt Antiphontis tetralogiae ex hoc loco conflatae. In oratione prima (A α) sexies, in altera

(A β) undecies iteratur verbum: in epilogo primae accusator fere omnia huic loco attribuit (cc. 9, 10). Hic liceat Antiphontem ad normam Anaximenis exigere, ut rhetorum consensus pateat. Euripidem verbum magis ex quotidiana vita adhibuisse, tamen nec rem nec artificiosam significationem neglexisse infra apparebit. Antiphon A, α, 4 = Anax. 8, 7 de tertio genere. Antiphon A, α, 5 = Anax. 8, 6 primum genus. Antiphon (Ib.) ἐπιθυμία . . . ὅ τε φόβος . . . . = Anaximenes (Ib.) δείσαντες ἢ ἐπιθυμοῦντες.

Denique cum hoc τοῦ εἰκότος loco consentire mihi videtur τόπος τὸ ἐκ τῶν ἁμαρτηθέντων κατηγορεῖν ἢ ἀπολογεῖσθαι de quo Theodorus disputavit (Ar. Rhet. 2, 23, 28). Qui enim ita ratiocinatur: errassem, nisi id fecissem, ad verisimilitudinem ex quotidiano rerum usu provenientem respicit (Anax. 8, 4).

Difficilis restat quaestio de vocabulis quibusdam obscurioribus.

Iterum idem Theodorus ad partes vocandus est. Quid enim velint πίστωσις, ἐπιπίστωσις, valde dubium est. Astius enim dicit πίστωσιν esse probationem ex ipsa rei natura ductam, ἐπιπίστωσιν vero ex ipsa oratoris persuasione petitam [ἄτεχνοι. ἔντεχνοι πίστεις]; Hermias: ἐπιπίστωσιν λέγει τὸ ἐπὶ ἀποδείξει ἑτέραν ἀπόδειξιν ἐπαγαγεῖν . . . . . . At Spengel (A. S. p. 99) ita: Est igitur πίστωσις quod Aristoteli πίστις; ἐπιπίστωσις id quod non quidem approbatio et confirmatio est, at proxime tamen hanc accedit; igitur verisimilia quae supra dixit εἰκότα. Quae Stallbaumio non placent: addit ipse: „Vocabulorum originationem si spectamus, π. et επ. videntur esse confirmatio primaria ac secundaria. Quam rhetor iste fortasse ab argumentis et probabilibus diversam esse voluit“ (St. ad Phaedr. 266. D). Aliter verba explicant in commentatione ad Ar. Rh. 3, 13. § 5 (ed. Cope, cf. Plat. Phaedr. l. c. ed. Thompson). Inter se scilicet respondent πίστωσις et ἐπιπίστωσις. Haec firmat, illa refutatur. Idem valet de verbis sequentibus (ἔλεγχος et ἐπεξέλεγχος). Vocabula novata posteriores fere cum Platone damnant. Si pergimus ad Anaxime-

nem, in loco vexato (c. 33, 1) invenimus βεβαίωσις, ἐπιβεβαιώσεις quorum utrumque tuentur codices.

Prius habet Spengelius, posterius Bekkerus (ed. oxon. 1837). Pro Spengelio facit usus Anaximenis in sequentibus. In capite 37 (§ 14 sqq.) habes βεβαιοῦν, βεβαιώσομεν, βεβαίωσις. Par videtur statuere haec idem significare quod πιστοῦν, πίστωσις. Iam si consideras, patet rhetora verbum adhibuisse de probatione artificiali, qua firmantur inartificialia illa (§ 15) πρώτας τὰς μαρτυρίας . . . . ἔπειτα βεβαιοῦν γνώμαις κ. τ. λ. Consociantur saepissime verba πίστις et βέβαιος in usu quotidiano. Inde traxit vocabulum suum Anaximenes, iam apud Thucydidem obvium, et quidem Theodores illi praetulit.

Aliud etiam novatum habes quod Aristotelis affert et culpat. Culpat autem quod non sit necessarium (Rh. 3, 13, 5). Licymnius enim in Arte sua, nulla rei distinctione facta, inducit ἐπούρωσιν, ἀποπλάνησιν, ὄζους. De aliis infra: pro ἐπούρωσιν codices ἐπόρουσιν, ἐπέρωσιν. Vides dubitationem: alii aliter interpretantur (Spengel. A. S. p. 89, Cope, J. of sacred and classical Philology No. 9. p. 225, Ar. Rhet. l. c. ed. Cope). Mihi quidem videtur reponendum ἐπίρρωσιν, verbum serioris quidem aevi, sed quod similia tuentur. Aptius illud ad hortandum quam confirmandum poetam dithyrambicum sapit.

De Amplificatione.

In demonstrativo genere maxima pars probationis in amplificatione continetur (Ar. Rh. 3, 17, 3). Quamquam Longinus ita distinguit: „αὔξησις vim addit argumento ut sentiatur; πίστις autem rem demonstrat docendo, ut credatur“ (12, verba sunt Ernesti Lex. Rh. s. v. αὔξησις). Αὐξήσει contraria est ταπείνωσις (Anax. 4. § 11). Rem vides apud Platonem de arte Tisiae et Gorgiae: τά σμικρὰ μεγάλα καὶ τὰ μεγάλα σμικρὰ φαίνεσθαι ποιοῦσα διὰ ῥώμην λόγου (Phaedr. l. c.) Huc referre licet delicias Eveni, παρεπαίνους, παραψόγους, ὑποδήλωσιν. De quibus haec Hermias: παρεπαίνους δὲ λέγει ἵνα μὴ ἄντικρυς ἐπαινεῖ, δοκεῖ δὲ ἐπαινεῖν, ὁμοίως δὲ καὶ ψέγειν (p. 191); quem ita interpretatur Spengelius: „est

enim ὑποδήλωσις cuius partes παρέπαινος et παράψογος, ironia quaedam qua v. c. quem initio laudari putas acerbe exagitatur“ (p. 93). Optime Copius Anglice vertens „covert insinuation“, „by praise“, „by censure“ (J. S. C. Phil. No. 9. p. 258).

De Refutatione.

De refutatione nihil apud Platonem habemus, nisi huc referas verba illa ἐπεξέλεγχος, ἐπιπίστωσις, ita ut bina vocabula inter se respondeant, quorum ἔλεγχος, πίστωσις ab accusatore proficiscantur, par alterum a reo defendente et priora diluente (Ar. Rh. 3, 13, 5. ed. Cope).

Locum hic habet Gorgianum illud de risu: quod apud Scholiastam Platonis sic legitur: τοῦτο παράγγελμα Γοργίου, τὰς σπουδὰς τῶν ἀντιδίκων γέλωτι ἐκλύειν, τὰ δὲ γελοῖα ταῖς σπουδαῖς ἐκκρούειν (Pl. Gorg. 473, Ar. Rh. 3, 18, 7, Anax. 36, 17). Ipsius Platonis verba optime in rem nostram conveniunt: γελᾷς; ἄλλο αὖ τοῦτο εἶδος ἐλέγχου ἐστίν, ἐπειδή τίς τι εἴπῃ, καταγελᾶν, ἐλέγχειν δὲ μή (Gorg. 473. E.).

De Egressione.

Ciceroni cum plurimis placuit hanc partem in numerum non reponi (Inv. 1, 51). Sunt tamen qui tradant Coracem ipsum quintam orationis esse partem παρέκβασιν voluisse (Spengel. A. S. 25). Et hi quidem post probationem ponunt: Quintilianus statim post narrationem tractat: „plerisque enim moris esse prolato rerum ordine protinus utique in aliquem laetum aut plausibilem locum quam maxime possint favorabiliter excurrere“ (4, 3, 1). Et liceat hic statim referre Euripidem arti non deesse: in Hippolyto (984), in Iphigenia Aulidensi (446), nullus narrationi locus est: continuo post prooemium fit egressio: scilicet quod supplemento esse debet, lacunam explet. Quintilianus quidem confitetur posse egressionem quocunque in loco opportune subjungi (§ 4). Ita tamen probat: „si cohaeret et sequitur, non si per vim cuneatur, et quae natura iuncta erant distrahit (§ 4).

Pauca artis vestigia iam notanda sunt. Licymnium ab

Aristotele reprehensum esse iam vidimus, quod verba supervacanea finxerit (Rh. 3, 17). Iam ad illa ἀποπλάνησιν ὄζους redeundum est. Et prius verbum dicas nihil aliud significare quam egressionem, cum idem apud Platonem (Pol. 263. C.) inveniatur neque sensu diverso. Ubi tamen totus locus nos quasi ad usum verbi parat et ducit — ἀπὸ τοῦ . . . λόγου πεπλανήμεθα . . . . ἐπανίωμεν πάλιν . . . . . τὸ τῆς ἀποπλανήσεως ὁπόθεν ἡμᾶς δεῦρ' ἤγαγεν (263 A. C.).

Illud ὄζους obscurius: nihil melius videtur quam Scholiastae interpretatio: ὄζοι, τὰ ἄκρα ἤτοι τὰ προοίμια καὶ τοὺς ἐπιλόγους (Spengel A. S. 89). Versio Copii minus placet („ramifications" J. S. C. Phil. No. 9. p. 255 sq.: improbat etiam Sandys ad Ar. Rh. l. c. ed. Cope).

Rem notissimam esse ex Isocrate constat (Pan., 74), qui manum artificem non celat. Hunc re optime utentem Aristoteles comprobat, saltem in demonstrativo genere (Rh. 3, 17, 11). Exempla habes in Helenae Encomio (§ 22—38) ubi ter se excusat (§ 22, 29, 38). In Panathenaica oratione fit in se excusando verbosior (l. c.). Excusat se Euripides non semel (Hec. 603, H. F. 204.): saepius tacet.

Licentiam egrediendi longius progressam (ὅπερ οἱ Ἀθήνησι ῥήτορες ποιοῦσι Ar. Rh. 3, 17, 10) lex Areopagitica cohibuit (Ar. Rh. 1, 1, 5). Et Lysias egressus apud Areopagitas statim redit: cui quidem res non optime procedat (Dion. Isoc. 4, Ar. Rh. l. c. Cope). Gorgiae vocem equidem magis obiter iactatam quam ex arte praeceptum dixerim: (Ar. Rh. 3, 17, 10, O. A. frg. 8): se scilicet nunquam defici ad subita extemporali facultate. Is tamen et Protagoras hos excessus tanquam veram artis viam discipulis inculcabant (Cic. Brut. 9, 46, Ar. S. E. 33, 16).

Euripidem igitur statuendum est, si licentius egressus sit, non sine exemplo fecisse: vel ut poetae, vel ut rhetorico, ei liberum fuit.

Cum de egressione Anaximenes praecepta non det, poetam ex arte aestimare non licet. Illud tenendum est, eum, cum a nulla orationis parte abstineat, saepe amat statim

post principium aliquid inserere. Exempla sint Medea 215, Hippol. 374, 986, Androm. 445, 595, Hec. 254, 592, I. A. 446.

De Epilogo.

Sequitur ut de epilogo dicam. — Eo autem brevior ero quod Euripidis usum in hac parte plenius tractaturus, commodius multa in praesens differam.

Clare id Plato exponit quod epilogus efficere debeat ad enumerandum — τὸ ἐν κεφαλαίῳ ἕκαστα . . ὑπομνῆσαι (Phaedr. 267. D). Vides eum de nomine non consentire cum Corace: quod enim Platoni ἐπάνοδος est, id huic ἐπίλογος. Agnoscit tamen Plato nominum diversitatem (ἄλλοι δὲ ἄλλο τίθενται ὄνομα). Quod ipse praefert, id multi Rhetorici adhibent, ubi quis a fine ad principium quasi vestigia retro observata, enumerat (Volkmann 264). Apud Platonem hunc sensum frustra requiras.

Quae autem alia artium scriptores in epilogo sedem habere propriam volunt, Plato non tacet. Habes enim rerum repetitionem non sine affectibus quos inter plena copia miserationis et indignationis suppeditat, desumta illa ex Thrasymachi arte (ἡ μεγάλη τέχνη).

Et Thrasymachum et alios (Quint. 3, 1, 12) in hac parte modum excessisse Aristoteles queritur (Rh. 1, 1). Quae Rhetoricus in arte sua peccavit, eadem ut reprehensione digna apud Poetam aequales notavere. Uter utri viam praeiverit, haud facile discernas. Nimis rhetorice Euripides ad carmina effingenda artis alienae rationes transtulit; artis vestigia apud eum notata Anaximenes et Aristoteles in usum suum vertere. Cuius artis incrementa non ex uno viro pendent. Juvenem praecepta adiuvant: adultus orator doctrinam, quae vim ingenii promoverat, ipse in maius provehit. Periere haud dubio plurima futtilia, non pauca, risu digna visa, eo oblivionem fugere. Quae restat summa, opus est multi laboris, ingenii subtilis, cui nemo obtrectare possit. Οἱ μὲν γὰρ τὰς ἀρχὰς εὑρόντες παντελῶς ἐπὶ μικρόν τι προήγαγον, οἱ δὲ νῦν εὐδοκιμοῦντες παραλαβόντες παρὰ πολλῶν οἷον ἐκ διαδοχῆς κατὰ μέρος προαγαγόντων οὕτως ηὐξήκασι, ... καὶ πολλοὶ πολλὰ συνε-

νηνόχασι μέρη. διόπερ οὐδὲν θαυμαστὸν ἔχειν τι πλῆθος τὴν τέχνην (Ar. S. E. 33, 15).

II.

Euripides cum aequalibus comparatus.

Saepius id notatum est eum qui ad artem cognoscendam accesserit, studio captum, non solum novae doctrinae plus iusto tribuere, sed inepte eandem loco et tempore alieno infercire atque inculcare. Laudat quidem in Euripide Quintilianus studium eloquentiae, sed ita laudat ut reprehensionem dispicias: „Illud quidem nemo non fateatur necesse est, iis qui se ad agendum comparant, utiliorem longe fore Euripiden. Namque is et sermone magis accedit oratorio generi et sententiis densus, et in iis quae a sapientibus tradita sunt, paene ipsis par, et dicendo et respondendo cuilibet eorum, qui fuerunt in foro diserti, comparandus; in affectibus vero cum omnibus mirus tum in iis qui in miseratione constant, facile praecipuus“ (10, 1, 67—8).

Quam rhetorica sit orationum apud Euripidem structura, ex ipso patet. Tamen non alienum videtur ex iudicio aequalium rem confirmare et, comparatione facta, quantum inter poetam et rhetoricum discrepet, paucis ostendere.

Primo ad Aristophanem accedamus. Dicaeopolis in fabula Acharnensibus rhetorico apparatu ornatissimus in scenam prodit tanquam apud iudices causam oraturus. Et quidem ut qui orationi componendae ipse impar esset, sua ex Euripide ποιητῇ ῥηματίων δικανικῶν (Ar. Pac. 534), sibi sumpserat.

Prooemium complectitur versus 496—514: narratio 515 —540: probatio 541—54. Brevis epilogus orationi finem imposuit.

Primum orator se excusat quod ipse pauper de republica et pro pace dicturus sit: (διαβολῆς λύσις περὶ τοῦ ἀνθρώπου ἐκ τοῦ πάροντος Anax. c. 30. § 8 sqq. περί τὸ πρᾶγμα . . . ὅταν τις . . . . συμβουλεύῃ. εἰρήνην ποιεῖσθαι αἰσχράν § 18). Hanc excusationem apta sententia confirmat (γνώμη εὔκαιρος Dion. Lys. p. 194). Inde stat brevis propositio, secundum

praecepta Anaximenis, per contraposita et παρηχητικῶς dicendo expressa, quod simul attentos faciat auditores (δεῖ τὸν προσεκτικοὺς μέλλοντα ποιεῖν τοὺς ακροατάς, καὶ λέγειν θαυμαστὰ καὶ παράδοξα Dion. Lys. p. 201). Res enim quas profert et iustae sunt et reipublicae magni intersunt (Anax. 30, 3). Quibus rite peractis conciliare studet alterum criminationis locum perstringens et reprehendens (Ib. § 12), adhibito verbo διαβαλεῖ quod artis proprium est (Dion. Lys. p. 194, Pl. Phaed. 267. D., cf. Ar. Rh. 3, 14, 10). Haec criminatio est de re et ad praeterita refertur (Anax. 30. § 13), sed cum iam satis eam diluisset per verba λέξω δίκαια, plura non opus erat. Proximum erat ut auditores conciliaret callide adulando: (507 τοὺς δικαστὰς ἐπαινῶν καὶ θεραπεύων Dion. Lys. 194, Anax. 30. § 7) id quod tamen facit cum modo (Quint. 4, 1, 16). Denique se ut patriae amantem commendat (φιλόπολιν Anax. 37. § 3).

Inde optime transitu facto rem ipsam aperit cum pleniore propositione (ἔστι μεθόριον ἡ πρόθεσις i. e. stat finem sub utrumque, prooemii et narrationis Dion. Lys. p. 194, Quint. 4, 1, 76). Ita inducitur narratio quae tertio illo apud Anaximenem generi respondet (c. 32). Nam si haud ignota refert, tamen ea novo modo profert (519—539). Respondet etiam Isocratis praeceptis: (Isocr. fr. 9 τὰ πρὸ τ. πρ. = 515—22; τὸ πρ. 523—38; τὸ μετὰ = 539). At non solum facta oportet intueri sed agendi causas (τὰς διανοίας αἷς ἑκάτερος . . χρώμενος τόδε τι πέπραχεν Ib. cf. 530).

Insequitur probatio, quae maximam partem ex ante occupatione (Anax. 37. § 16), constat, et argumentum ἐκ τοῦ εἰκότος continet (Ib. c. 8. § 6—7). Ita tamen ea effertur ut sit πρόρρησις (Anax. 31. §§ 1, 9). Egregia inest ὑποτύπωσις (Quint. 9, 2, 40, 41).

Denique brevissimus epilogus; in quo tamen habes enumerationem qualemcunque (ταῦτ' οἶδ' ὅτι ἂν ἔδρατε); et iteratam excusationem (Anax. c. 37. § 43, Arist. Rh. 3, 19 ἐξ ἀντιπαραβολῆς). Idque fit cum interrogatione (Anax. ib.). Tribus verbis sententiose dictis orationem finit (Cic. de or. 2, 71, 286).

Quam presse comicus vestigia tragici sequatur Scholiasta docet, qui primos ex Telepho fabula versus servavit: (ad Ach. 496). Imitatio magis elucet ex comparatione orationum in Medea (214) et Hippolyto (372) fabulis, quae sunt tamquam contiones ad populum. Utrum id casu an de industria sit, non affirmem, orationem Medeae versus LII continere, orationem Phaedrae LVIII, Dicaeopolim suam non ultra LX producere. Euripidem ipsum quandam numerorum convenientiam expetere vix dubium videtur (Euripides ed Paley 2. p. XIX).

Operae pretium est e contrario Aeschyleae orationis conformationem considerare. Anno enim ante Christum natum 458 Aeschylus tripertitam illam Ὀρέστειαν edidit. In fabula principe longiores orationes fere viginti enumerare possis. Ex quibus vix unam et alteram ad leges rhetorices conformatas esse dixeris (1, 551—582. 2, 1412—1425. 3, 1035 ex parte). In tertia fabula, rei natura cogente, maior eloquentiae respectus habetur. Duae insunt longiores orationes (625—639; 657—673) quibus licet addas Minervae contionem (780—710). Prior hanc habet conformationem: Prooe. 625—630 (1) Διαβολή. (2) Facit iudices attentos (ἀκούσει). (3) dociles. Narr. = Prob. 631—637. In fine Amplificatio (636 - 7). Epilog. 638—9. Vix enumerat (ταύτην τοιαύτην εἶπον): ad indignationem prudens sciensque respicitur (ὡς δηχθῇ λεώς).

Alterius conformatio: Prooe. 657—61. 1. Attentum facit 657. 2. Longior prothesis ad docendum 658—61. — Probatio. Unum argumentum: τεκμήριον quod idem est exemplum et quidem certum (662—666). Id tamen dubites an hoc potius inartificiale dicas. Testis enim ad est Pallas (μάρτυς πάρεστι). Epilog. 667—673. Totus ex conciliatione factus.

In contione Minervae simplicior est structura. In prooemio (681—4) attentos et dociles breviter facit. Inde continuo egreditur (685—90). Nisi mavis omnia pro narratione habere in qua de praeteritis refertur (tanquam ἀπαγγελία Anax. 31, de futuris statuitur πρόρρησις Ib. §§ 1, 9). Ne

sic quidem omnia optime procedunt, si quidem omnia sunt sana. Dea ipsa epilogum indicat (707), et excusat se quod in loquendo prolixior fuerit. Non conciliat, monet tamen iudices ut fidem religiose servent. Oratorica utitur conclusione: εἴρηται λόγος (cf. infra).

Aeschylum igitur rhetoricam nec nescire nec neglegere manifestum est.

Redeamus ad orationem in Agamemnone (551—82).

Hanc fere dispositionem oratio habet. Prooem. 551—4. Narr. 555—66. Prob. 567—79. Epil. 580—2. Prooemium statim a sola prothesi incipit, clauditur sententia. Narratio est simplex (Anax. 32 tertium genus). Inde probatio, cuius argumenta e locis communibus depromuntur. Et primus quidem locus oritur ex Utilitate et per negationem fit enthymema ex pugnantibus (Anax. 11): deinde idem effertur aiendo: (567—571; 572—4). Extremum est argumentum ἀπὸ τοῦ εἰκότος, vix tamen artificiale illud quod Corax Tisiasque expoliverunt. Epilogus est brevissima enumeratio (τοιαῦτα κλύοντας) cum monitione: id quod saepissime apud Euripidem usurpatur. Extrema conclusio constat ex solenni verborum formula (πάντ' ἔχεις λόγον), quales saepe apud oratores et Euripidem multae sunt obviae (Ar. Rh. 3, 19 extr.)

Quod ad dispositionem pertinet orationem habes omnibus numeris absolutam: sed quam nuda et inornata simplicitate. Idem dicas de oratione 1412 sq. —

Prooem. 1412—4. Narr. 1415—1418 (Anax. 32, 1, primum genus). Prob. 1419—21. Argumentum unum — τεκμήριον Anaximenis (c. 10 ἡ πρᾶξις ἐναντία τῷ λόγῳ). Epil. 1421—5 pro conciliatione minas habes. —

Aristophanes tribus et triginta annis post editam 'Ορέστειαν docuit fabulam Acharnenses. Primus Atticorum oratorum exstitit Antiphon, qui tamen etiam recentior est habendus (circa 420, Blass A. B. 1, 80). De Tetralogiis res dubia est. Hic licet exemplum breve apponere, quod intra versus sedecim rem transigit, quorum quaterni prooemio, narrationi, probationi, epilogo tribuuntur (Bα). Prooemium duas sententias continet quae auditores de officio moneant.

Narratio nuda factum proponit, egregio tamen transitu inducta. Probatio, ut res postulat, tota in ante occupatione ponitur. Vox ἐνθύμιον transeundi ad proxima occasionem praebet, ex qua incipit epilogus, ubi nulla est enumeratio, orator tantum ius poscit, affectus movet.

Quantum ab Aeschylo distet haec copiosa breviloquentia, patet. Non minor in verbis eligendis distantia est. Vox voci viam struit (ἀμφισβητήσιμον, ἀμφισβητήσειν — ἑκόντα μὲν, ἄκοντα δέ — εἴργοντας, εἴργει); verba e contrario opposita habes (ἑκόντος ἄκων): omnino τὸ στρόγγυλον, immo τὸ ἀστεῖον, quale in Euripide adest.

Minus bene narrat Antiphon, Euripides optime. Hic omne tulit punctum in oratiuncula ex Cyclope fabula (253 sq.) intra octo versus omnia concludens. Prooemium attentum et benivolum facit (253). Narratio docet et solam confirmationem fidem orantis habet. Epilogus adversarium criminatur, et indignationem movet (259—60). Τὸ στρόγγυλον versibus secundo et tertio (254—5) inest: contrarie apposita habes ἑκὼν ἑκοῦσι. Nihil concinnius quam refutatio (258) esse potest. Confer solutum orationis contextum, in qua, apta diversitate, Silenum accusantem facit (232—240).

Hic concinne quidem sed parce artem adhibet. At in altiora assurgens poeta omnes copias profundit. Et nescio an nullam orationem magis exornaverit quam illam in qua Medea virum insectatur (465—519).

Ita orationem disposuit. Prooemium 465—74 (475 μεθόριον), Narratio 476—87, Probatio 488—508: in qua inest (499—508) egressio. Epilogus 509—520.

Oratio in quintam Anaximenis speciem cadit: itaque iudiciali generi adnumeranda est (Quint. 3, 4, 9).

Τελικὰ κεφάλαια passim adhibentur: ante omnia τὸ καλὸν vel potius τὸ αἰσχρόν: et ea honestas, quae cum aequitate arctissime coniungitur, hic potissimum spectatur: δίκαιον ἐστὶ .... τὸ .. ἔθος ἄγραφον, διόριζον τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρὰ (Anax. 2, 7). Et res et verbum in animo loquentis haerent, unde κακός, varia quidem significatione, octies obvium est: item καλός ter, αἰσχρός semel.

Alia quoque sunt τελικὰ κεφάλαια: in versu 493, τὸ δίκαιον (Anax. c. 3. § 4); in versu 494 τὸ νόμιμον (θεσμά Id. 2, 7); in versu 498 τὸ σύμφερον (Ib. § 8); τὸ ἡδύ in v. 509, (μακαρίαν = τὰ χαρὰν ἐργαζόμενα Id. § 10).

Statim in prooemio criminatur: et ea est iusta διαβολή, quod virum de aditu Medea culpat (ἦλθες — ἀναιδεία). Sic enim efficitur διαβολὴ ἐκ τοῦ παρόντος περὶ τὸ πρᾶγμα (πρὸς οἰκείους φίλους Anax. c. 37. § 8). Ironice benivolentiam captat (εὖ ἐποίησας): iniucunde docilem attentumque facit (473—4). Quam adiunctam habes prothesin est μεθόριον ordinemque narrationis proponit.

Narratio temporum seriem servat (τὰ πρῶτα πραχθέντα ..... πρῶτα λέγωμεν Anax. c. 30. § 5. τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον καὶ τὰ λοιπὰ ἑπομένως Isocr. frgt. 13). Tertium est Anaximenis genus (c. 32), immista hic illic exprobratione, non sine affectu (485 „not wisely but too well" Quint. 6, 1, 53). Acerbiore sub finem exprobratione, ad proximam partem transitur.

Probatio enim constat maximam partem ex amplificatione (Anax. 5, 4, 7), adhibitis, ut dixi, τελικοῖς κεφαλαίοις (Ib. § 2). Firmissimum est argumentum τὸ τεκμήριον (Anax. c. 10), comparatione facta (488—95) prioris vitae cum re praesenti (τοὺς τότε .... τὰ νῦν). Inde egreditur, si ea est egressio quae optime cum praecedentibus haeret. Quintilianus enim: „Idem fieri non inutiliter potest, ut si merita in adversarium aliqua exposueris, in ingratum inveharis" (4, 3, 7).

Inde excipit epilogus, longior pro ceteris orationis partibus (vv. XI e summa versuum LV), sed aptus ad tantos affectus efferendos. Enumeratio egregie variatur (Quint. 6, 1, 2) cum ironia (Ar. Rh. 3, 19, Anax. 22 εἰρωνεία .... ἐν τῷ περί τῶν εἰρημένων συντόμως ἀναμιμνήσκειν). Ironia iam hic illic adhibita (472, 504) hoc denique loco summam acerbitatem habet. — Dein sibi commiserationem, contra virum indignationem movet (Cornif. 2, 30, 49). Huc pertinet locus tertius decimus apud Ciceronem (Inv. 1, 55, 109): „quod .... male tractemur ab iis ... quibus benigne fecerimus".

Sententiose extrema dicta sunt: unde τεκμήριον illud iam supra memoratum illustres: scilicet metallum, quod aurum esse visum erat, Lydio lapide tritum, lineam iam non aureo sed rutilo colore signat; ita oritur contrarium. Notandum porro est, Medeam a verbo κακός orandi principium fecisse et in eodem hic desinere velle: id quod apud Euripidem usitatissimum esse infra patebit.

Immane quantum discrepare inter simplicem Aeschyli rhetoricam et Euripideam artem satis iam constat. At non tantum poeta poetae aemulatur: alia insunt pedestri sermoni magis propria. —

Parisosis et antithesis non absunt a versibus extremis (516—519, cf. Anax. cc. 27, 28). E Prodici schola sunt desumtae distinctiones verborum εὐτολμία . . . . ἀναίδεια (469—71); et explicatio vocis παγκάκιστε per μέγιστον . . . . κακόν.

At scatet contrapositis (Quint. 9, 3, 81). Liceat verba Anaximenis apponere (c. 27): Ἀντίθετον μὲν οὖν ἐστι τὸ ἐναντίαν τὴν ὀνομασίαν ἅμα καὶ τὴν δύναμιν τοῖς ἀντικειμένοις ἔχον, ἢ τὸ ἕτερον τούτων. Opponuntur τῇ δυνάμει multa: ἦλθες ἔχθιστος (468); — quae oppositio in sequentibus elucet, — κακῶς δράσαντ' ἐνάντιον βλέπειν (470); inde ἐγὼ κουφισθήσομαι . . . σὺ λυπήσει; ψυχὴν, κλύων (cf. S. Ant. 317 ἐν τοῖσιν ὠσὶν ἢ 'πί τῇ ψυχῇ δάκνει); προθύμως μᾶλλον ἢ σοφωτέρα (485); ταῦτα παθὼν προύδωκας ἡμᾶς (488—9, cf. exemplum apud Anaximenem § 2); θαυμαστὸν . . σε . . . καὶ πιστὸν . . τάλαιν' ἐγώ (510—11) χρυσοῦ . . τεκμήρια, ἀνδρῶν οὐδεὶς χαρακτὴρ (516—19). Verborum oppositionem et παρήχησιν habes: πρώτων πρῶτον (475); θράσος, εὐτολμία, ἀναιδεία; παίδων, ἄπαις (490). Nimiam habes eiusdem litterae assiduitatem (Cornif. 4, 12, 18): Polysigma, 476, 480; saepe iteratum π, 478 (4); 502 (5); coniuncta π et σ, 515. Idem habes in verbis artius constructione coniunctis καινὰ κεῖσθαι 494; πόσιν καὶ πιστὸν 511; νεωστὶ νυμφίῳ 514.

Longiores sunt oppositiones in verbis et in sententiis (493—4 et 506—8), ubi tamen aliqua inter se minora ex contrario stant τοὺς τότε, τὰ νῦν; θεούς, ἀνθρώποις; οἴκοθεν φίλοις, πολεμίους ἔχω. Hos versus (506—8) etiam ob antithe-

sin insignes, eo insigniores habeas quod clausulae numerose cadentes, ita inter se respondent ut brevis brevi, longior longiori succedens rhythmum pedestris sermonis efficiant.

Ne quid desit, habes adiectionem, vel conduplicationem, ἦλθες, ἦλθες 468 (Cornif. 4, 28, 38. Vehementer auditorem commovet eiusdem redintegratio verbi et vulnus maius efficit in contrario causae, quasi aliquod telum saepius perveniat in eandem corporis partem). Habes quoque oxymoron, (514 καλόν γ' ὄνειδος).

Poeta ergo sophistae, etiam inter fluctus irarum, non obliviscitur. Γοργιεῖα quidem ῥήματα, nisi in Hercule Furente vix reperias; figuras vides. Illud autem etiam magis ex more sophistarum est, ut ἀντιλογίας amet: neque ita, Phaedram, ut exemplo utar, loquentem inducit ut non statim nutrix contra dicat. Et Medea desaeviente, non silet Iason: commota illa, hic tranquillus; illa exprobrat, hic ratiocinatur. Quod quo magis eluceat, orationis quasi nervos et ossa aperiam.

Prooe. 522—5.

1. Cura sibi in dicendo opus esse (ἐλαττώσεις An. 37, 4).
2. Adversarium reprehendit (διαβολὴ περὶ τὸν λόγον: in respondendo λοιδορίαν ἐγκαλοῦντες c. 37. § 12).

Narratio 526—33. [Possis etiam probationi adiungere] (Quint. 4, 2, 66. Res contra nos. § 76. eadem exponemus . . sed non eodem modo; alias causas . . dabo. Ar. Rh. 3, 16, 6 ἀπολογουμένῳ ἐλάττων ἡ διήγησις. Anax. 37, 27. εἰ τὰ πράγματα πιστὰ ᾖ, τὴν ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογίαν ἐπὶ τὸν ἐκ τοῦ παραλειπομένου τόπον μεταβιβάζοντες).

Probatio 534—567.

A. Refutatio 534—546 [ἐκ τοῦ παραλειπομένου]. (Anax. 37, 27 ταῦτα προθέμενοι μετὰ τὸ προοίμιον διαλύσομεν. cf. § 30 δικαιότερα).

1. Prothesis 534—5 (Anax. l. c.).
2. Argumenta. a. Graeciam nactus es. b. nomen tuum inclaruit.
3. Sententia (Anax. 37, 15 βεβαιοῦν . . . γνωμολογίαις).

4. παλιλλογία Anax. c. 21. c. 23 ἐπίλογος ἀνὰ μέσον. Ib. παλιλλογία . . . περὶ τῶν μερῶν.

B. 547—567 [Adhuc refutatur (547) sed ita ut ad suum arbitrium probet].

1. Propositio cum partitione (Quint. 4, 4, 7. c. 5, 1) (attentum facit Ar. Rh. 3, 14, 9).
2. a. σοφός 551—55.
   b. σώφρων 556—58.
   c. φίλος 559—65.
3. Παλιλλογία: [quam etiam epilogo praeponere licet].

Epilogus 567—575.

1. Brevissime et enumerat et se commendat interrogando ἐξ ἐπερωτήσεως . . . . εὖ διαθήσομεν ἡμᾶς Ar. Rh. 3, 19, 5, Anax. c. 37, 43—4.
2. Adversarium criminatur (διαθήσομεν . . τοὺς ἐναντίους κακῶς Anax. Ib.).
3. Ex exprobratione feminae suae exoritur egressio in qua totum mulierum genus insectatur.
4. Sententiose concludit.

Τελικὰ κεφάλαια adhibentur eodem ordine quo prior oratio utitur — δίκαιον, νόμιμον, σύμφερον, καλόν. — Hunc enim ordinem Anaximenes praecipit. Medea autem primam et quartum, Iason, tertium fere ab ea neglectum, prae ceteris adhibet (τὸ παραλειπόμενον). In hoc quidem Iasona inniti secundum artem et poeticam et rhetoricam oportet. Status enim cum sit qualitatis, necesse est ut iuste fecisse videatur (Quint. 3, 6, 45). Quam memor sit artis ostendit accurata illa cum partitione coniuncta propositio.

Artificia minora cum priore huic alterae orationi communia sunt. Ut Medea inter fidentiam et impudentiam discrimen ponit, ita Iason prudentiam et temperantiam secernens utramque virtutem sibi vindicat. Plura in illa sunt ἀντίθετα; in altera tamen oratione non desunt — εἴληφας ἢ δέδωκας 535. παῖδα βασιλέως, φυγὰς γεγώς (554); ἐχθαίρων, ἱμέρῳ πεπληγμένος (555—6); τοῖς μέλλουσι τέκνοις, τὰ ζῶντα (566—7); λῷστα καὶ κάλλιστα πολεμιώτατα (572); in longius trahitur comparatio in versibus 570—3.

Literarum similitudines et ille sectatur: v. 524 κρ, κρ, κδρ; οις, ους, ας, οις; v. 525 σ, στ, σσ; ργ, γλ, λγ: ad contemptum illa quidem efferendum: in sui laudationem v. 553 ter εὖ iteratur. Alia sunt: σ quinquies et τ ter coniuncta, (531); μ ter 534; ὡς . . . ως . . . σ . . . . ασε (530).

Homoioteleuton habent versus (564—5) θείην . . . εὐδαιμονοίην (cf. Anax. c. 29).

Euripides non solum arte sed numero orationum antiquiorem poetam superat. At ipse etiam ut senior ita loquacior: qui cum in Alcestide duobus orationibus rem transegisset, post triginta annos Tyndarum et Orestem binis orationibus contendentes inducit, una Menelaum de negotio pronuntiantem (Tynd. 51 et 23 vv. Or. 61 et 40, Men. 35). Cacoethes dicendi fuit temporum illorum, non poeta tantum. At ille, non tantum suos declamantes inducit: ita declamant ut diversam agendi imaginem simulent. Polymestor et Hecuba ante Agamemnona perorant quasi index in tribunali sedeat (ἄχθεινα μέν μοι τἀλλότρια κρίνειν κακά Hec. 1240). In Hercule Furente crederes populum in contione adesse. Chorus (ut in Acharnensibus), agendae rei interest: paene in eo est ut faces et saxa volent. Hoc quasi spiritum et animos carmini addit: illud frigidius est artificium, quod ludum atque officinam dicendi olet. Hanc in officinam introspicere libet.

Euripides apud Rhetoricos discipulus [1]).

In dialogo illo qui Protagoras inscribitur, Plato apte tres illos viros, Protagoram, Prodicum, Hippiam una colloquentes inducit. Quo quidem tempore res agi fingitur, (433—2, Sauppe ad Pl. Prot. p. 10), Euripides constanti iam aetate ex fabulis tamen quae restant, Alcestin tantum ediderat.

Protagoras aequalis fere poetae vel paucis maior annis

1) Cum iam in eo esset ut mea typis mandarem, in manus venit libellus elegantissime scriptus: De Euripide rhetorum discipulo (Programm) M. Lechner. 1874.

erat (natus 480, Frei, Vitringa: 490, Schanz. De aetate eius optime Sauppius Pl. Prot. p. 5, 6). Is Euripide familiarissime usus est, apud quem auditoribus praelegebat, quorum in numero poetam discipulum habebat (ἀνέγνω ἐν τῇ Εὐριπίδου οἰκίᾳ Diog. L. 9. c. 54. ἀκουστὴς . . Πρωταγόρου Vit. Eur.).

Et philosophiam quidem Protagorae missam facimus. Quod autem is ex interiore doctrina depromptum πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπος praecepit, id in artem dialecticam translatum id valere iussit esse δύο λόγους περὶ παντὸς πράγματος ἀντικειμένους ἀλλήλους (Diog. L. 2, c. 51). Inde plurima disputandi copia et sibi et discipulis derivata est (πρῶτος . . . τοὺς ἐριστικοὺς λόγους εὗρε Suidas). Nec in disserendo inter suos Sophistes ille sibi defuit, ita ut gloriaretur se posse τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν (cf. Isocr. Hel. init.). Qua in re rhetoricus doctor probatione ἀπὸ τοῦ εἰκότος abutitur (Ar. Rh. 2, 24, 11). Mos semel institutus mansit (Isocr. Ib. c. 4 ἔτι περὶ τὸν τόπον τοῦτον διατρίβουσι). Nec aliunde videtur Euripides mirandam illam et paene inexhaustam argumentorum seriem traxisse.

Sed vox magistri semel emissa, cum diverse et perverse interpretati essent, hominum indignationem movit (Ar. Rh. l. c.). Nomina illa saepius iactata imaginem vitae induunt et in scaenam prodeunt, sed quantum mutati a facie scholastica sunt Δίκαιος λόγος, et Ἄδικος λόγος (Sch. Ar. Nub. 112. Πρωταγόρας ἐφεῦρε). Nec aliter rem intellegit Isocrates cum Aristotele consentiens: ἐκείνων ἐπιδειξάντων ὅτι ῥᾴδιόν ἐστι, περὶ ὧν ἄν τις πρόθηται, ψευδῆ μηχανήσασθαι λόγον (Is. Hel. 4). Rectius tamen hic vim vocis intra scholae parietes cohibet (Ar. l. c.).

Euripides dictum silentio non transmittit; falsa tamen interpretamenta spernit: frgt. Antiop. 189.

ἐκ παντὸς ἄν τις πράγματος δισσῶν λόγων
ἀγῶνα θεῖτ' ἄν, εἰ λέγειν εἴη σοφός.

dein leniter increpat: Suppl. 486—7.

καίτοι δυοῖν γε πάντες ἄνθρωποι λόγοιν
τὸν κρείσσον' ἴσμεν καὶ τὰ χρηστὰ καὶ κακά.

In his autem credas audire Sophisten discipulos corrigentem (ἐπανορθοῖ τὸν προσδιαλεγόμενον Pl. Theaet. 168 E): verba sunt Euripidis in Antiopa frgt. 205:

ὦ παῖ, γένοιντ' ἂν εὖ λελεγμένοι λόγοι
ψευδεῖς, ἐπῶν δὲ κάλλεσιν νικῷεν ἂν
τἀληθές· ἀλλ' οὐ τοῦτο τἀκριβέστατον,
ἀλλ' ἡ φύσις καὶ τοὐρθόν· ὃς δ' εὐγλωσσίᾳ
νικᾷ, σοφὸς μέν, ἀλλ' ἐγὼ τὰ πράγματα
κρείσσω νομίζω τῶν λόγων ἀεί ποτε.

Non iam personati in scaena, sed vivi οἱ Λόγοι inter homines versantur, Phoen. 469:

ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
κοὐ ποικίλων δεῖ τἄνδιχ' ἑρμηνευμάτων·
ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν· ὁ δ' ἄδικος λόγος
νοσῶν ἐν αὑτῷ φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

Nam qui iniustam orat causam, debet adhibere ἰατρεύματα (Ar. Rh. 3, 14, 7).

Hic voces artis proprias subesse suspicor, quarum una φαρμάκων idem sonat atque ἰατρεύματα, ἑρμηνευμάτων autem refert ἑρμηνείαν.

Ut Plato in Gorgia dialogo Antiopam eam, quam laudamus fabulam in usum suum convertit, nobis invicem liceat testem Platonem proferre. Ut in fabula Amphion et frater eius loquendo concertant, ita in Protagora dialogo Socrates et Sophista. Quae certamina Protagoras ipse primus instituit (πρῶτος . . . λόγων ἀγῶνας ἔθετο Diog. L. 9, 52); certabant autem aut orationibus perpetuis aut inter se rogando respondendoque (Pl. Prot. 329 A. B., Theaet. 167 D.). Neque aliter Gorgias (Pl. Gorg. 449 B.). Discipuli coram magistro aut cum ipso disputabant: is debet iuste reprehendens, leviter corrigens animos ad meliora dirigere (Theaet. 167 E.). Poterant contionari declamantes (Pl. Th. 162 δημηγορεῖτε συγκαθεζόμενοι), aliquo ex assidentibus electo, qui arbiter quasi dicendi rei praeesset (ἐπιστάτην ἑλέσθαι, βραβευτὴν ἑλέσθαι τῶν λόγων 338 B.). Quo munere tamen, scilicet ut omnia iusto ordine procedant (319 C.) ipsorum corona audientium fungi potest (πάντες κοινῇ ἐπιστατήσετε 338 E.). Postquam

satis disceptatum esset, potuit arbiter ipse suam sententiam pronuntiare (εὖ . . . μοι δοκεῖς . . . . διεληλυθέναι· ἔστι μέντοι καὶ ἐμοὶ λόγος Pl. Pr. 347 A.). Tenendum est Hippiam sibi potiorem arbitrum videri (337 E. sqq.). Hic enim vice iudicis fungi videbatur (ὥσπερ ὑπὸ διαιτητῶν ἡμῶν 337 E.) litigantes componentis.

Neque aliter apud poetam disputatio instituitur. In Phoenissis Iocasta filios in verborum certamen vocat (446—7), et ipsa litem compositura inter eos diiudicando (κοινὰς βραβείας 450). Auditis orationibus, mater ipsa orationem habet, postquam se commendasset (530 cf. Pl. Pr. 347 A. ἔστι καὶ ἐμοὶ λόγος εὖ ἔχων). Nec tantum pronuntiat, utriusque dicta excutit, quae minus recte visa sunt, corrigit[1]).

Nec minus aperta est declamantium imitatio in Helena fabula. In qua cum Helena satis Theonoen oravisset, chorus., tanquam audientium corona, priore sermone plausibus excepto, Menelaum quoque ad dicendum excitat (τοὺς Μενέλεω ποθῶ λόγους ἀκοῦσαι 945—6). Profecto chorus, ut alii dicendi, sic ipse audiendi iusanabile cacoethes prae se fert (νοσῶν περὶ λόγων ἀκοήν Pl. Phaedr. 228 B.). Prodit Menelaus ut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram. (Iuvenal 1, 44, Suet. Calig. 20). Cuius finita oratione, chorus Theonoen monet ut de re pronuntiet (996). Est ubi hoc munus chorus ipse suscipiat, ut in Medea (576): quem locum apte cum illo compares. Ut in Protagora arbitri vocem audis: ibi εὖ δοκεῖς . . . . λόγος εὖ ἔχων 347 A. in Medea εὖ τούσδ' . . ἐκόσμησας λόγους. Hic in Helena nomen ipsum habes.

ἐν σοὶ βραβεύειν, ὦ νεᾶνι, τοὺς λόγους·
οὕτω δὲ κρῖνον ὡς ἅπασιν ἀνδάνῃς.

Priusquam a disputatione illa nos subtrahamus, id quoque notandum ut Protagorae in deliciis esset de locis carminum disserere poetasque ipsos emendare velle (339 A.). Idem studium Euripidi erat, qui saepe in carminibus suis ad aliorum carmina innuit (Ant. frg. 165 = Soph. Ant. 563. Electr. 530 = Aesch. Choeph. 230. Suppl. 846, Phoen. 751 = Aesch. S. C. T. 375 sqq.).

Ab eodem Protagora deductus est mos apud seriores

1) cf. Phoenix fr. 809. Plura ap. Lechner, sed paullo aliter.

frequentatus de quaestionibus infinitis disputandi (πρῶτος κατέδειξε τὰς πρὸς θέσεις ἐπιχειρήσεις Diog. L. 9, c. 53, cf. Cic. ad Att. 9, 4. Quint. 3, 5, 5). Exempla habes apud Euripidem: in Suppl. 409 sq. ubi, dilatis negotiis, nuntius et Theseus de optimo reipublicae statu disputant. Non tamen ubique apud eum quaestiones eae ab iis quae in scaena aguntur, dissociandae sunt: ut in orationibus Phaedrae et nutricis (Hippol. 407 sqq.), ubi illa de castitate, haec pro amore dicit.

Ab his diversi sunt communes illi loci, scilicet quas Gorgias et Protagoras scripserunt rerum illustrium disputationes (Brut. 12, 46). Protagoras quoque docuit τὸν αὐτὸν καὶ ψέγειν καὶ ἐπαινεῖν (Steph. Byzant. s. v. Ἄβδηρα. Frei p. 143). Has oratiunculas discipulis ediscendas dabant (Ar. El. S. 33, 16), quas scilicet aut imitarentur aut memoria iuvante ad contextum suarum orationum ornandum infercirent. Unde quanta facta sit ad egrediendum allectatio, statim vides. Et de egressionibus apud Euripidem iam satis dictum est. Tantum id notatu dignum hoc loco videtur. Poeta solito longius excurrit ut arcus usum laudet, in Hercule Furente (188 sq.). Ibi mihi videor Gorgiae vestigia odorari: τοξήρη σάγην (188), χεῖρ' εὔστοχον (195), τυφλοῖς τοξεύμασι (199); quibus e proximo addas τετρασκελές ὕβρισμα (181), et τοῖσι γῆς βλαστήμασι Γίγασι (179). Quo in ultimo tamen aliam scientiam deprendere licet.

Sunt enim qui affirment Protagoram in libro illo ὀρθοεπείᾳ (Pl. Phaed. 267) inter multa alia illam etiam verborum originis disciplinam tractavisse, quam etymologiam nominamus (Cope J. Sacred and class. Phil. No. 7. p. 52). Et facile quidem qui de propria verborum significatione quaerunt, ad etymologiam qualemcunque recurrunt. Rem tritam apud Heracliteos multis Plato persequitur (Cratyl. 402 A. et passim). Serio Euripides; cui res in deliciis fuit. Exempla Paleius congessit (v. 1, p. XXXI) nec copiam exhausit. Profecto vulgatum erat in hominum nominibus fatidicum aliquid perspicere: aut originem, naturam, mores ex nomine explicare. Inde illud de Polynice: νεικέων ἐπώνυμον (Phoen. 636);

illud notissimum de Gigantibus: illud denique de Zetho: frg. 181. Ζῆθος· Εὐριπίδης σαφῶς ἐτυμολογεῖ κ. τ. λ. (Etym. Gud. p. 230, 57, ap. Nauck). Itemque de Amphione: λέγει Εὐριπίδης . . . . ἐτυμολογῶν (Etym. M. p. 92, 24, frg. 182, ap. Nauck).

Protagoram etiam magno cum fructu reipublicae interfuisse scimus, qui, Periclis iussu, colonia ad Thurios deducta, civitati leges composuisset. Et in libro illo, ἀντιλογιῶν δύο (Diog. L. 9, 55, cf. 3, 37, 57), inesse dicuntur multa quae Plato in suam Rempublicam transtulit. Multa et diversa, ut fit in dissertationibus (ἀντιλογία, ἀντιλογικά), quales in dialogo Protagora legimus, eodem fortasse contracta erant. Utut sit, irridet Aristophanes Euripidem ea de causa (ἀντιλογιῶν Ran. 771 sq.).

Denique Protagoras diversa et multa docere professus est, ut qui fuerit ipse δυνατώτατος τὰ τῆς πόλεως καὶ πράττειν καὶ λέγειν. Et Euripides saepe varia commiscens offendit, haud capax ille quidem reipublicae administrandae, rhetoricus tamen minime spernendus. Idem Isocrati contigit; qui rebus publicis impar, id sibi gloriae fecit, se, additamentis alienae sapientiae sublatis, puram dicendi disciplinam tradidit (Dion. de orat. ante Isocr. 1, ap. Vitringa, p. 178).

Eandem in Prodico contaminationem videas qui et rhetoris et philosophi partes obtinebat nec patriae rebus defuit. Is enim Ceo insula natus, saepe a civitate sua legatus Athenis aderat, ibique scholas habuit (Pl. Hipp. Mai. 282 C.). In numero audientium Euripides fuit, et quidem ad rhetoricam discendam (Thom. Mag. Syn.; cf. Vit. Eur. et Gell. N. A. 15, 20).

Breviter igitur enumeranda sunt, quae illi cum Euripide communia esse videantur. Fere ut Protagoras, scripsit is quoque περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος (Crat. Plat. 348 B.), in quo libro inter alia, ut videtur, collegerat plura vocabula idem declarantia et distinxerat: cui studio ridiculum in modum in Protagora dialogo dat operam (337 A.). Et hoc Euripideum. Ut exemplis utar; duas verbi αἰδοῦς significationes distinxit. Frg. 367:

αἰδοῦς δὲ καὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι·
καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς κἄστιν αὖ κακὸν μέγα:

id quod in Hippolyto pluribus persecutus est[1]). Ad rem et verbum redit in Medea (469—472 θράσος . . εὐτολμία . . . . ἀναίδεια et 548—9 σοφός, σώφρων). Prodicus de recte usu verbi δεινός disputaverat (Pl. Prot. 341 A. sq.). Idem verbum Euripides, vim originationis respiciens, accurate adhibere profitetur (Med. 39, 44. vv. 40—3 insiticii sunt). Non sine more Euripides apud Aristophanem reprehendit Aeschylum de geminatis vocibus ἥκω . . . . κατέρχομαι: ubi tamen poeta maior plus sapere videtur (Ran. 1142, 1154 sqq.). Discrimen amat inter εὐδαίμων et εὐτύχης. Parcius tamen poeta sibi indulget, idque optimo iure, modo vera sint, quae Aristoteles, huc fortasse respiciens, in Rhetoricis protulit (3, 2, 7): τῶν δ' ὀνομάτων τῷ μὲν σοφιστῇ ὁμωνυμίαι χρήσιμοι, παρὰ ταύτας γὰρ κακουργεῖ, τῷ ποιητῇ δὲ συνωνυμίαι.

Decantatum est apud poetam illud: ἄβιωτος βίος (H. Fur. 1257, Suppl. 1080 sq., Andromache in Troadibus 636 etc.). De quo Prodicus multa verba fecit, si fides dialogo Axiocho habenda est (366 D. ποιούμενος ἐπίδειξιν τοσάδε τοῦ ζῆν κατεῖπε, cf. Suppl. 196. ἔλεξε γάρ τις ὡς τὰ χείρονα πλείω βροτοῖσίν ἐστι τῶν ἀμεινόνων). Quam idem declamationem de Hercule scripsit, ea quibusdam videtur respici in fragmento Erecthei (364, 9 δυοῖν παρόντοιν) et in Heraclidis (625 ἁ δ' ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθων).

Id de poeta, qui esse τραγικώτατος videtur, non praetermittendum, quod Quintilianus ait (3, 1, 12) et Prodicum et Hippiam, aeque ac Protagoram et Thrasymachum affectus tractasse. De ceteris iam satis: nec tamen e variis Hippiae thesauris Euripides depromsisse traditur, quamquam sophistes περὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν, ipse quoque tragoediarum scriptor, pluribus disputavit (Hipp. Mai. 285 D., Hipp. Min. 368 D.).

Fuitne Euripides semper auditor tantum? Nunquamne sibi ipse audientiam fecit? Comice Aristophanes eum declamantem apud inferos facit Ran. 771 sq. Εὐριπίδης ἐπεδείκνυτο, . . . οἱ δ' ἀκροώμενοι τῶν ἀντιλογιῶν . . . . . ὑπερεμά-

1) 384 sq., ubi legendum αἰδώ, eiectis vv. 382—3.

νησαν. In mentem redit iterum Protagoras ille: Πρωταγόρας ἐπιδειξάμενος . . . ἀπέπαυτο . . . καὶ ἐγὼ . . . κεκηλημένος ἔβλεπον . . . ἐπιθυμῶν ἀκούειν (Pl. Prot. 328 D). Derisor idem et imitator εὐριπιδαριστοφανίζων se discipulum poetae profitetur: χρῶμαι γὰρ αὐτοῦ τοῦ στόματος τῷ στρογγύλῳ. (Σκην. καταλαμβ. I, frgt. 397). Et nobis quoque fatendum est multa artis praecepta Euripidem tradere quae diligentius intuens dispicere possis.

III.

Praecepta Artis apud Euripidem.

Aperte via et ratione de arte praecipientem poetam nemo expectaret. Iam multum est si unius admonitione verbi in memoriam artis quae subest revocamur. Longe aliter est, si Isocrates, multos iam annos in hac arte se exercens e cathedra declamat.

Et primum de arte ipsa quid sensit Euripides? Non finit, ut Gorgias ceterique, sed verbis effert. Suada fit dea, cuius numen in Eloquio sedem habet, unde, velut ex ara intus in homine posita surgunt voces quasi fumus ad auras (Frgt. Antig. 170). Suada est dominatrix hominum sola (Hec. 815). Huius scientia, ut ceterarum artium a magistris pretio quaerenda est (τἄλλα μαθήματα Ib., ἐπιστήμη πειθοῦς Isocr., δημιουργός π. Gorgias). Discipulus tamen Protagorae in utramque partem disputat. Ars et Prodico et Hippiae λόγων ἴσχυς est. Poeta non vult τὴν γλῶσσαν ἰσχύειν πλέον (Hec. 1192). In callidam facundiam iterum iterumque invehitur (τὸ λέγειν εὖ δεινόν Frgt. 255, Med. 584, Frgt. 442, cf. frgt. 205, Hipp. 486, Or. 907 = Bacch. 270, Aeol. frgt. 16). Plura iam supra dicta sunt. Ipse ut Attius (Quint. 5, 13, 43) forum fugit (Hipp. 988, Or. 918, cf. p. 24).

De Prooemio fere haec habet. Nomen adhibet in Electra 1060 ἀρχὴ ἥδε μοι προοιμίου ineunte oratione: finem exordii ita signat τὸ μὲν σὸν ὧδε φροιμίοις ἔχει. Vox ipsa passim sed minus artificiose obvia est.

In prooemio nihil usitatius est quam διαβολή (Ar. Rh. 3, 14, 10); ad quam rem multa et in Anaximene (cc. 30, 37) et in Aristotele praecepta dantur (cf. Ar. Rh. 3, 15, 9).

Uterque docet contra morem obtrectandi in responsis invehi. Rem praestat Alex. frgt. 57 διαβολαὶ δεινὸν κακὸν = Anax. 30, 12 κατηγορεῖν χρὴ διαβολῆς καὶ λέγειν ὡς δεινόν. In eadem sede monet Iphigenia: μὴ διαβληθῇς στρατῷ (I. A. 1372). Id enim Euripides habet: si non artificium adhibet, suo tamen in loco artis memor aliquid vel tradit vel prodit: quod legentem quoque memorem faciat. Idem in epilogo vides, Heracl. 422 (cf. Anax. 37, 46).

Hoc quoque prooemii proprium est, laudare iudices aut auditores: quae laus modica esse debet (Quint. 4, 1, 16). Itaque Clytemestra (I. A. 977) et Orestes (Or. 1161) affirmant se nolle in laudando esse longos.

De probatione haec invenio.

In propria testimoniorum sede (μαρτύρια), ait Theseus (Hipp. 944) de corpore mortuae Phaedrae: ἐξελέγχεται πρὸς τῆς θανούσης (cf. 972). Cui respondens filius queritur se testibus carere, id quod secundum artem fit in illa orationis parte ubi ante occupationem patris diluit. In eadem sede Tyndarus ait testibus nihil opus esse. At est status qualitatis, ubi omnis testium mentio supervacanea est. Haec est ea ars intempestiva de qua paulo ante dixi. His addas Polynicem deos invocantem μάρτυρας δὲ τῶνδε δαίμονας καλῶ (Phoen. 491): et illud Ἑλλὰς μαρτυρεῖ Heracl. 219. Similiter Helena testes nominat in defensione sui (Troad. 955). Artificiose quoque Amphiaraus σὺν μάρτυσιν θεοῖσι cum Herculem de cavillatione Lyci purgat (H. Fur. 176). In loco Hippolyti iam allato artificiose iusiurandum adhibetur, ut patet ex locis orationis patris et filii inter se comparatis (960, 1025, Anax. c. 8, 1. c. 18).

Haec de probationibus inartificialibus Euripides habet (Anax. c. 8. § 2). Nam, cum ad vocem βάσανον respiciatur (Med. 516), vox diversa ibi significatione intellegenda est, et potius verbum τεκμήριον, quod ex artificialibus est, illustrare potest.

Et de hoc quidem genere probationum altero, difficilis est quaestio. Nam quantum et rhetorici inter se et a po-

pulo dissideant de usu vocabulorum quae huic parti propria sunt, iam ante significatum est.

Voces εἰκός, τεκμήριον saepissime apud Euripidem obviae sunt. Significationem habes, quae proculdubio ex arte provenit in fragmento Phoenicis frt. 808 τἀφανῆ τεκμηρίοισιν εἰκότως ἁλίσκεται: quod idem sic effert in Oenomao frgt. 578 τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανῆ. Dubitationem tollit locus similis allatus ex Hyperide: ἃ δ' ἐστὶν ἀφανῆ ἀνάγκη τοὺς διδάσκοντας τεκμηρίοις καὶ τοῖς εἰκόσι ζητεῖν (Or. Att. 2, frt. 228 Nauck Eurip. 3, p. 226, ed Teubn.), cf. supra p. 7.

Cetera minus certa: omnia tamen, quae in numerum venire videantur, uno sub conspectu ponam. Iam apud Anaximenem triplex est τῶν εἰκότων genus: scilicet homines agunt secundum affectus, secundum consuetudinem vel morem, secundum lucrum (c. 8). I. Affectus πῶς δ' οὐκ ὑπ' αὐτῆς εἰκότως μισήσομαι. Ion. 611, in probatione. Med. 345 (probat.). 871 (proem.). I. A. 501 (epilog.). II. Mos. Or. 532 οὐχὶ πρὸς τοῦδ' εἰκὸς ἦν αὐτὴν θανεῖν (probat.). Hipp. 434 θεῶν διδόντων εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν (in media oratione) repetitum ex 615 (monostich.) or. 737 (monostich.). I. T. 911 (dial.). Suppl. 40 (s. f. prologi). I. A. 1400 (proem.). Temen frt. 729. III. Tertium hoc genus deesse videtur.

Haec fere omnia ad quotidianum linguae usum referenda videntur.

Σημεῖον apud Anaximenem est signum quasi adiunctum rei: τό γ' εἰθισμένον γίνεσθαι πρὸ τοῦ πράγματος ἢ ἅμα τῷ πράγματι ἢ μετὰ τὸ πρᾶγμα (c. 13, 1). Talia sumuntur ἐξ ἑκάστου τῶν πεπραγμένων καὶ λεγομένων καὶ ὁρωμένων. Apud Aristotelem genus est specie duas complectens partes unum necessarium quod est τεκμήριον, alterum non habet nomen proprium, itaque dicitur σημεῖον λυτὸν δὲ vel signum non necessarium (Rh. 1, 2, 17, 18). Apud Anaximenem τεκμήριον est conclusum ex contrario, cum verba aut facta sibi ipsa aut inter se repugnant. Plus valet apud Anaximenem τὸ σημεῖον (c. 10, cf. c. 15. § 4). — Coniuncta habes apud Demosthenem Conon. § 9 p. 1259 τῆς ὕβρεως . . . σημεῖον καὶ τεκμήριον.

Apud Euripidem σημεῖον non est verbum artis proprium: tantum, ubi argumentum significat, pro eo stat quod oculis cernitur (ἐξ ὁρωμένων Anax.). Ita in Hec. 1009, Phoen. 1332, Alc. 733. Uno in loco Thes. frg. 385 coniuncta habes σαφῆ τεκμήρια, σημεῖον σαφές, de litterarum ductu. Fere similiter Hec. 1273, κυνὸς ταλαίνης σῆμα, ναυτίλοις τέκμαρ.

Saepius frequentatur τεκμήριον. Et primum quidem est aliquod oculis obvium Thes. frgt. 385, 2. Electr. 575 (ubi coniuncta habes χαρακτὴρ, συμβόλοις). Alterum est id pér quod spectatur utrum aliquid sit annon sit verum et bonum. Med. 517 σαφῆ; (respicitur ad Lydium lapidem et adiungitur vox χαρακτὴρ: cf. Hyperid frgt. 229 O. A. 2); Hipp. 925 σαφές. Ion. 237 χρόνος δείξει. In qua significatione propius accedit ad usum Anaximenis. Inde est firmum argumentum: Frgt. incert. 890, μὴ λόγῳ μόνον, ἔργῳ δὲ. I. T. 808. Dan. frg. 324. Extremum exemplum (frg. 324) finitioni Aristoteleae respondet: ἐξ ὧν γίνεται συλλόγισμος (Rh. 2, 2, 17). De his quae attuli, locus est dubitationi; pauca certe, quae iam apposita sunt, rhetoricos sapiunt Oen. frgt. 578: Phoenic. frgt. 808. Cui tertium addas ex Hercule Furente 713.

A. δοκῶ μὲν αὐτὴν, ὡς θύραθεν εἰκάσαι,
Λ. τί χρῆμα; δόξης τῆσδ' ἔχεις τεκμήριον;

Quod dum legis, in memoriam redit argumentum illud ἡ δόξα τοῦ λέγοντος de quo Anaximenes disputat (c. 15, 6).

Ἔλεγχος apud Anaximenem est ὁ μὴ δυνατὸν ἄλλως ἔχειν; quod quidem e rerum natura necessarium est (c. 14). Apud Aristotelem refutando adhibetur; ἔλεγχος συναγωγὴ τῶν ἀντικειμένων (Rh. 3, 9, 8 cp. S. E. 1, 3). „Redarguit qui colligit quod repugnat ei quod ab adversario coactum est“ (Waitz ap. Cope Introduction to Aristotle's Rhetoric p. 262 note). Hoc idem alibi ita: τὸ τὰ ἀνομολογούμενα συνάγειν (Rh. 2, 22, 15). Quod ergo apud alterum est probationis, idem apud alterum refutationis. Primum autem apud Euripidem est interrogatio (ut testium. Quint. 5, 7, 26); itaque in Hercule Furente de pueris multa super absentem patrem quaerentibus (73). Inde tanquam obrussa quaedam est (H. F. δυσπραξία . . . φίλων ἔλεγχος 59, cf. 162, Alc. 640). Deinde

magis rhetorice λόγων ἐλέγχους (Hipp. 1337, cf. 944, 1310). Ibi proxime ad usum Anaximenis accedit, ubi dicitur: I. T. 1179 ἤλεγχον, ὡς θεᾶς βρέτας ἀπεστράφη πάλιν. Sed hoc est rem argutiis persequi: nimis tamen angusta est Anaximenis finitio. Vox refutationem significat in Heraclidis 905 δεικνυμένων ἐλέγχων τῶνδε, et in fragmento incertae sedis (1058), ubi tenes rhetora manifestum:

καὶ τῷ πάροντι τοὐπιὸν πιστούμενοι
ἔλεγχον ἔλαβον τῆς τύχης ἐν τῷ παθεῖν.

Scilicet superbi illi concludunt πιστούμενοι ex eo quod adhuc felices fuerint se semper fore felices. Falsi sunt: consequentia reprehendas, cum prima concesseris. Hic locus disputata de vocibus πίστωσις, ἔλεγχος κ.τ.λ. (p. 9, p. 11 sq.) apud antiquiores artis scriptores (Pl. Phaedr. 266 D) optime illustrat. Mirum quoque inter Euripidem et Aristotelem consensum vides.

Ne dubites quin Euripides via et arte processerit, non aliam ob causam laudat eum Anaximenes, quem honorem solus ex omnibus scriptoribus poeta assecutus est (c. 19, 14) [1]). Locus ex poeta corruptissimus versum quartum leviter corrigunt Pflugkius ἐμφανιζέτω, Sauppius ἐμφανίζει σοι. Vox ἐμφανίζειν paene ex arte sumptum ideoque tenendum: ter in uno capite Anaximenes habet (3, §§ 24, 25, 30). In tertio versu ego tentaverim μὴ θυμοῦ, cf. I. T. 1474 sq. μὴ θυμοῦ . . . . ὅστις κλύων κ.τ.λ. οὐχὶ θυμοῦμαι. Verbum θυμοῦσθαι saepius de conciliando iraque avertanda ab Euripide usurpatum. Suppl. 476, Bell. frgt. 289, Bacch. 673 (versus tamen interpolatus) 794 (λόγων κλύων 787), Hec. 403, 299 διδάσκου μηδὲ τῷ θυμουμένῳ κ.τ.λ. Phoen. 1448—49. Consuetudinem vides; dubites an vocabulum artis sit proprium. Anaximenes autem eum laudat, quod se in ante occupando artificem osten-

---

1) Locus ex Anax. 19, 14 ita in Mss scriptus

Εὐριπίδης ἐν Φιλοκτήτῃ τεχνικῶς . . . .
Λέξω δ' ἐγὼ κἄν μου διαφθείρας δοκῇ
λόγους ὑποστὰς αὐτὸς ἠδικηκέναι.
'Αλλ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ τἀμὰ μαθήσῃ κλύων,
ὁ δ' αὐτὸς αὐτον ἐμφανιεῖ σοι λεγων.

derit. Potuit etiam ex Troadibus afferre (916—18) alterum nec minus apertum artis indicium: tertium addas, ad verba optime, ad artem cum primo minus congruens, ex Iphigenia Aulidensi (810). In Troadibus autem orationem legis totam ex ante occupatione confectam.

Inde de Egressione. De qua iam satis indicatum est, moris esse oratores se purgare et excusare, quod de via excessissent. Exempla quoque ex Euripide addidi.

Hic tamen non alienum erit locos aliquos notare in quibus propter nimiam evagandi licentiam iure suspiceris versus esse interpolatos.

Et statim quidem oratorem excurrere posse, quamquam infitias non eas, tamen invitus concedas. Id ut inter colloquentes inurbanius, ita audientibus et legentibus incommodum est. Itaque minus placet quod in Supplicibus (195 sq.). Theseus, quum nihil ad rem dixisset, extemplo egressus, demum (v. 214) ab iis sententiis incipit, quae apte orationem inducant. Neque ita omnia bene procedunt: iterum digreditur; ita ut malim sic disponere, excisis pluribus. Pr. 214—218, Narr. 219—221, 229—237, Epil. 246—49. Ut factum est in oratione Thesei, ita in priore Adrasti. (De utraque tamen omnino conferenda sunt, quae disputata sunt in Analect. Eurip. pp. 86—90). Si in versu 221 mihi δόντων pro ζώντων corrigenti concedatur, malim versus 219—221 defendere.

Similiter in Iphigenia Aulidensi peccatur, ubi non pauca ab initio orationis Achillis (919 sq.) inepta videntur. Nec loco nec personae conveniunt. Liceat orationem ita constituere. Pr. 924—27, Narr. 928—37, Prob. 938—943, Ep. 944—951. Ita digne ingreditur, satis tranquille procedit, donec ira laesae virginis commotus, exardescit, et antequam calor ille cogitationis refrixit, dea invocata matre, desinit. Quam invocationem statim chorus excipit: ἔλεξας, ὦ παῖ Πηλέως, σοῦ τ᾽ ἄξια, καὶ τῆς ἐναλίας δαίμονος, σεμνῆς θεοῦ (975—76). Sic et mores personae et orationis tenor servari videntur.

Non me fallit, quam res lubrica sit nimia in his rebus subtilitas. Si quis tamen egregii poetae legit relegitque ea

carmina, quae artis rhetoricae praecepta sequuntur, is vix credet Euripidem potuisse tot tamque diversa in unum congessisse.

Interpolatae aeque videntur orationes Orestis in Electra 367 sqq., et Iocastae in Phoenissis (528 sqq.)[1]) et Hecubae in cognomine fabula (787 sqq.). In Hecuba omittendus est locus totus 820—835. Aliter enim vix potest esse reditus ad rem post egressionem 814—819. Mulier haec vult dicere. Nihil habeo quo tibi persuadeam: artes suadendi non didici: utinam quis deus tot ora mihi daret ut vocum satis ad persuadendum effunderem. Omissis itaque iis versibus omnia fiunt plana. Haec porro notanda sunt. κοιμίζομαι apud Euripidem vix de somno nisi per translationem dicitur. Ita in versu 827 Cassandra memoratur, quasi esset ignota. Perversa est illa verborum coniunctio ποῦ . . εὐφρόνας δείξεις: diversa sunt et Orest. 802 et I. A. 406: claudicat sermo in vv. 834—35. Quae tamen omnia si expedirentur, vix idonei versus viderentur qui in oratione tam miserabili locum haberent.

In ordinando Epilogo omnes artis copias poeta deprompsit. Unde mihi in animo est hanc partem plenius tractare. Sed hoc posterius. Iam videndum num quid de hac parte poeta praeceperit et ex arte in carmina transtulerit.

Et theatro et Menelao trita utens verborum formula se Hecuba excusat. Troad. 1029. Μένελα' ἵν' εἰδῇς οἷ τελευτήσω λόγων. Nulla vox apud Rhetoricos usitatior est quam illa de brevitate in perorando — (Anax. 21 σύντομος ἀνάμνησις, 22, 4 παλιλλογίαν σύντομον 36, 14, παλιλλογήσαντες συντόμως, c. 37, 4 σύντομος ἀνάμνησις, c. 38, 6 παλιλλογίαν . . σύντομον καὶ . . . ἀνάμνησιν. Quint. 6, 1, 1, quam brevissime Cornif. 2, 30, 47 breviter. Cic. Inv. 1, 52, 100 quam brevissime). Itaque poeta ἅπαντα συντεμών (Hec. 1180) ἓν συντεμοῦσα (I. A. 1249). Idem habet in Aeolo (frgt. 28): sed de prooemio, ut videtur (Ar. Thesm. 177). Doctorem rhetoricum audire credis:

παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς ὅστις ἐν βραχεῖ
πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς.

---

1) Om. 541—46.

Omnino conferendus Plato (Phaedr. 267 B. συντομίαν τε λόγων Gorg. 449 c. φημι μηδένα ἂν ἐν βραχυτέροις ἐμοῦ τὰ αὐτὰ εἰπεῖν, Prot. 329 B. κατὰ βραχύ).

Etiam in commiseratione movenda artis non obliviscitur, ut patet in Troadibus (466 sqq.) et in Hecuba (585 sq., cf. 486—87). Tota in poesi nihil est tam miserabile, quam illa ex beato misera (Cic. Part. Or. 18, 57). At in altero loco (Hec. 592), inter dolorem adhuc recentem, testari potest quantum adiuvante natura praecepta valeant (Quint. 1, prooem. 26): in altero, tanquam ex cathedra, ipsa praecipit. Quod enim iterat Anaximenes κακῶς πεπονθότας ἢ πάσχοντας ἢ πεισομένους (c. 35, 3, c. 37 saepissime), id totidem verbis Hecuba: πάσχω τε καὶ πέπονθα κἄτι πείσομαι (Tr. 468). Illud etiam ἔχει τι σχῆμα si non ad artis praecepta, tamen ad usum referendum est: et verba ipsa optime rem proponentia, quasi formula quaedam, laudari possunt (470—71). Proxima magis etiam ad scholam conformantur: (472—73)

πρῶτον μὲν οὖν μοι τἀγάθ' ἐξᾆσαι φιλον·
τοῖς γὰρ κακοῖσι πλείον' οἶκτον ἐμβαλῶ.

Quod Latine vertere potes, omisso colore poetico: „Primus locus est misericordiae, per quem, quibus in bonis fuerint et nunc quibus in malis sint, ostenditur" (Cic. Inv. 1, 55, 106).

Id subtilius apud poetam invenio, scilicet eum artem prodere, non tantum ex eo quod faciat, sed ex eo quod nolit aut vetet. Itaque in sede miserationis propria οὐ χρὴ οἰκτείρειν (Troad. 403): sic ait Menelaus se lacrimando posse miserationem movere, sed nolle (Hec. 991). Idem Menelaus lacrimas vult siccare (I. A. 496). Miserationis mentionem inicit Tiresias (Ph. 957). Eodem referas verba Orestis in fabula cognomine (702). Omnia ex epilogo. In epilogum quoque cadit productio quae dicitur. Ad id respiciens in conciliationem liberos evocat Medea (894). Productionem proponit Clytemestra, nec tamen puellam producit (I. A. 990). Productio fit pueri in eadem fabula (1241): fit quoque in Heraclidis (228). Nec absimilia sunt quae Hecuba ait: ἔστι γὰρ τέκνα καὶ τῷδε (340 Cic. Inv. 1, 55. Locus septimus).

Pro liberis orantibus habes membra ex corpore ipsius orantis (El. 333, Hec. 836) ubi poeta assurgens artificium in artem sublimiorem convertit.

Et illa epilogo adnumero: quod in sede conciliationis propria non se humilem sed iactabundam Medea praestat (807): quod vocabulum artis proprium in propria sede Agamemno affert: εἰ διαβληθήσομαι (Hec. 863): vult enim invidiam vitare (Anax. c. 37, 46 διαβαλοῦμεν καὶ φθονεῖσθαι ποιήσομεν κ. τ. λ.).

Possumus ergo vestigia prioris disciplinae hic illic, tanquam effodiendo observare. Plura restare confusa, quae amissis Artibus inveniri nequeunt, consentaneum est. Quippe studia illa per totum doctrinae liberalis corpus infusa molem tanquam agitabant. Nec soli inter poetas Euripidi id contigit. Initia artis apud Aeschylum vidimus. Nec Sophocles ornamenta rhetorica neglexit, quanquam Euripideo ore loqui videbatur (Sch. Ar. Thesm. 21). Euripide ab ipso Aristophanes furatur (frgt. 397). At Agathon Euripidis imitator idem Gorgiam imitabatur (πολλαχοῦ τῶν ἰαμβείων Γοργιάζει Philostr. Vit. Soph. Cope. J. S. C. P. p. 257): nec solum in carminibus (Pl. Symp. 198 c.). Mentionem τοῦ εἰκότος facit, nescio an irridens, non sine hodiernae sapientiae ante occupatione (Ar. Rh. 2, 24, 10). Idem παρήχησιν et ἀντίθετα amat. τέχνη τύχην (Ar. Rh. 2, 19, 13, Eth. Nic. 6, 4, 5) ἔργον, πάρεργον (Athen. 5, 1 p. 185, cf. Ib. 47 p. 211).

Euripides et Anaximenes[1]).

Iam satis patet Euripidem non paucis cum doctrina aequalium consentire. Quae tamen cum iniquitate temporis disiecta hiansque sit, necesse est ad lacunas explendas alio decurrere. Nec dubium est quin Anaximenes prisca multa rettulerit antiquitatem et ipse redolens, si eum cum Aristoteles comparas. Hic enim, multis servatis, plura novavit:

1) Anaximenem laudavi secundum ed. Oxon. 1837 (inter op. Aristot. Bekker), propter capitum minorum distinctionem: Spengel 1 = Oxon. 2, Spengel 38 = Oxon. 39. Idem fit in Aristotele laudando.

unde fit, ut, nisi obiter, nobis usui esse non potest. Anaximenem igitur ducem sequi optimum videtur.

Et primum quidem de orationum generibus: quorum „Anaximenes . . . septem esse species voluit, hortandi, dehortandi laudandi, vituperandi, accusandi, defendendi, exquirendi, quarum duae primae deliberativi, duae sequentes demonstrativi, duae proximae iudicialis generis sunt“ (Anax. c. 2, Quint. 3, 5, 9). Ultima illa, quam ἐξεταστικὸν dicit, rarius per se stat sola, plerumque cum ceteris coniuncta et commixta (An. 38, Eur. Suppl. 409—456). Qua quidem omissa respondit divisio ei quam Aristoteles primus constanter exsecutus est (Spengel ad Anax. p. 99 sq.). In privatis etiam coetibus hae species adhibentur (c. 2, 2, c. 38, 3, Pl. Phaedr. 261 A, Gorg. 452 E). Habes Aristotelem cum Platone et Anaximene consentientem (Rh. 3, 3, 3).

Primum tractat Anaximenes genus deliberativum, quod in usu saepius obvium sit (2, 3). Ceteri post Aristotelem iudiciale anteponunt; alia minoris faciunt. Apud Euripidem, sicut rei natura fert, genus deliberativum numero reliquis praestat. Nec tamen facile Euripideas orationes secundum species ordinare licet; quippe species eae adhibeantur et per se singulae et commixtae (Anax. c. 6, 4). Optimum illud discrimen est si notes quam vitae imaginem Euripides imitando referre voluerit, et inde orationes distinguas. Perpauca in specie exquirendi inventa sunt: inventa tamen distinxi. Tum est electio difficillima cum plures subsequantur, quae in diversa genera cadere videntur. In Oreste fabula quiete accusat Tyndarus, Orestes se defendit. Inde senex ira commotus minatur. Qui cum scena decessit, Orestes Menelaum suppliciter obsecrat, cui Menelaus tandem respondet. Prioribus aperte hortantur dehortanturque Menelaum, quanquam orationes in iudiciale genus aptissime cadunt; de alteris nulla est dubitatio: suadent enim: nec de oratione Menelai; qui si initio quasi arbiter adesse videbatur, in fine disceptationis, in suasorio genere dicit — Rursus in Hecuba fabula: Polymestor et Hecuba partes litigantium sustinent. Qui cum peroraverint, Agamemno tanquam e tribunali pronuntiat. Ho-

rum omnium orationes in iudiciale genus includuntur. Iterum in Supplicibus: adest nuntius, cum quo Theseus disceptans colloquitur; inde uterque contionatur: quattuor sunt orationes quarum priores in speciem exquirendi cadunt; alterae duae in genus deliberativum. — Est ubi chorus intervenit et actoris partes sustinet (H. F. 252); sicuti fit, tumultuante populo, ut aliquis e media turba iras civium voce exprimat. Scilicet chorus e populo est et populi personam tuetur. — Aliquando reus prior incipit; deinde alter respondet et accusat. Quod fit in Troadibus. Quo exemplo peccavit, si peccatum id est, Thucydides; is enim Plataeenses inducit se apud Spartanos duces defendentes: respondent Thebani criminantes. — In Electra autem fabula rixantur mulieres, nec sub iudice lis est. Formam tamen iudicialis facundiae habes: ergo forensibus adnumerare licet. — Postremo si quid iudex, rhetorica usus dispositione, pronuntiat, eodem in genere collocandum est.

Nonnihil difficultatis habeat ea quaestio in quantum pateat genus demonstrativum: de quo fusius disputandi locum postea habebo.

Soliloquia quae dicuntur non in unum genus cadere manifestum est. Qui secum colloquitur, is aut deliberat, aut aliquem laudat culpatve, aut denique vitia virtutesque exquirit (Med. 1021, Hipp. 616, Hel. 744).

Fines vel Partes Suadendi.

Inde fines horum generum tractat Anaximenes (c. 2). Quos quidem quum alii fines (Cornif. Cic.), alii partes suadendi (Quint. 3, 8, 22), alii capitula finalia et elementa (Volkmann p. 301) nominent, Graeci autem τελικὰ κεφάλαια, nobis venia sit unum alterumve adhibentibus. Ab ipso Anaximene haec elementa sunt nullo vocabulo insignita. Apud eum sunt octo: Aequum, Legitimum, Utile, Honestum, Conveniens, Facile, Possibile, Necessarium et his contraria (Volkmann l. c.). Quae cum omnibus causis sint communia, tum maxime in deliberativo genere adhibentur (c. 7).

Aristoteli placet in deliberativo utilitatem, in demon-

strativo honestatem, in iudiciali aequitatem primarios esse fines (Rh. 1, 3, 5, cf. Quint. 3, 8, 25, Cic. Inv. 2, 51, 156).

Horum usus ex Thucydideoptime dispici possit: qui etiam optime illustrat morem illum ἐκ τοῦ παραλειπομένου respondendi (Sch. ad Thuc. 3, 42, Spengel Anax. p. 105). Apud eum brevissima, ut Spartani, oratio tota ex his constat, finesque ex prioribus orationibus in unum conductos tractat (1, 86). Utitur aequo, utili, honesto: eadem deinde enumerans in epilogo retractat ordine inverso ut sit ἐπάνοδος. Quod ei licuit, licuit Euripidi. Haec elementa igitur non neglegenda esse duxi.

Itaque in tabula orationum Euripidearum exornanda, cum genus cuiusque addidissem, dispositione expedita, eos fines quos praecipue in animo habuisse videretur, extremo margini ascripsi, saepius indicato eo versu ex quo sententia optime elucet. Omnes orationes recepi, quae propter rhetoricam conformationem tractatione dignae viderentur. Cuius rei cum difficilis esset electio, tamen nullam nisi inconsulto praetermisi. Est qui mihi vitio vertat, quod in recipiendo me nimis facilem praestiterim.

Tabula Orationum Euripidearum.

Partes orationes Pm. = Proemium. N. = Narratio.
Pr. = Probatio. E. = Epilogus.
Genera I = Deliberativum. II = Demonstrativum.
III = Iudiciale. IV = Species Exquirendi.
Fines A. = Aequum. L. = Legitimum. U. = Utile.
H. = Honestum. C. = Conveniens. F. = Facile.
P. = Possibile. N. = Necessarium.

Alcestis.

	Pm.	N.	Pr.	E.	G.	Fines.
1	280	282		320	I	A. 299. 301.
2	328	334		363	I	U. 335. A. 339. 341. C. 347. 355. P. 357.
3	629		633	662	III	A. H.
4	675		681	699	III	L. 683. A. 689. H. 694.
5	773		782	792	I	P. 780. C. 790.

	Pm.	N.	Pr.	E.	G.	Fines.
6	837	843	855	858	I	A. 842.
7	935	941		959	I	C. 943. H. 955.
8	1008	1012		1017	III	A.
	Andromache.					
9	147	155		177	III	H. 155. 170. L. 176.
10	184		192	229	III	C. 205. H. 220.
11	319		333	361	II	H. 324 sq. U. 333 sq.
12	366		370	378	II	H. 366 sq. U. 368 sq.
13	384		387	411	I	A. 387. C. 404. H. 410.
14	559	563		572	I	A. 563.
15	590	592		639	III	H.
16	645	647	662	688	III	A.650.677.N.680.U.681.
17	866		869	876	I	U. 869 sq. A. 875.
18	920	929		950	I	H. 927. U. 943.
19	957	959		982	I	N. 979.
20	993	995		1007	I	
	Bacchae.					
21	266	274	309	322	II	
22	330		333	341	I	L. 331. U. 336.
23	1302	1303		1324	II	
24	1352	1354		1359	I	
	Cyclops.					
25	163		164	172	I	C. 168.
26	253	254		259	III	
27	285	290	299	309	I	A. 299. U. 312.
28	316		318	336	I	C.
	Electra.					
29	300	302		332	I	H. 336.
30	367		369	391	IV	
31	907	914		952	II	A. 915. U. 925. H. 932.
32	1011	1018	1035	1041	III	A. 1041 sq.
33	1060		1065	1094	III	H. 1080.
	Hecuba.					
34	251		260	286	I	A. 271. L. 291.
35	299	301	306	326	I	U. 306. 330. H. 311.
36	342	349		369	I	H. 348. 378.

	Pm.	N.	Pr.	E.	G.	Fines.
37	787		791	836	I	A.790.844.L.800. H.806.
38	850		857	861	I	A. 852—3. U. 854. 863.
39	1132	1132		1175	III	U. 1137.
40	1187		1196	1232	III	U. 1201. 1224 sq.
41	1240		1243	1249	III	H. 1240. 1248.
	Helena.					
42	255	257		298	I	U. 269.
43	483	485	490	510	I	U. 506. N. 512.
44	744		749	754	IV	U. 753.
45	842		845	851	I	H. 845.
46	894		909	939	I	A. 901. 920. U. 935.
47	947		962	991	I	H. 949. 963. 987.
48	998		1002	1022	I	A.1002. H.1009. U.1020.
	Heraclidae.					
49	134	139	147	174	I	N. 142. U. 146. 154.
50	181		185	220	I	A. 187. H. 200. 223.
51	236		238	247	I	A. 238. H. 242.
52	297		302	320	II	A. 315.
53	389	393		420	I	
54	464		465	471	I	U. 466.
55	500		503	528	I	H. 510. 526.
56	941	945		957	III	A. 941. 961.
57	983	987	1000	1014	III	N. 990. U. 996. 1004. L. 1010.
	Hercules Furens.					
58	140		144	165	I	H. 148. 162.
59	170		174	227	I	U. 188. A. 206 sq. H. 218.
60	278		280	307	I	N. 282. H. 286 sq. P. 295 sq. C. 302 sq.
61	339		342	347	IV	A. 347.
62	451	460		485	I	
63	843	849		854	I	A. 852—3.
64	1255	1258		1301	I	U. 1257.
65	1311		1316	1336	I	N. 1322. H. 1324 sq.
	Hippolytus.					
66	284		293	301	I	U. 297.

	Pm.	N.	Pr.	E.	G.	Fines.
67	373		376	419	I	H. 392. 402—4. 420 sq.
68	433		439	473	I	U. 441. 465—6. 472.
69	490		493	496	I	N. 493—6.
70	616		627	664	IV	U. 616. 627.
71	682		685	693	I	H. 687. 692.
72	695		698	701	III	U. 698—9.
73	936		943	971	III	A. 949.
74	983		993	1032	III	C. 1009. 1013.
75	1325		1331	1338	I	N. 1326.
	Ion.					
76	369		370	378	I	U. 371. 380.
77	436		440	448	IV	A.
78	585	589		644	I	U. 645.
79	808	813	817	850	I	A. 808. U. 834. 849.
	Iphigenia Aulidensis.					
80	334	337	366	370	IV	A. 334.
81	378		381	400	IV	U. 383. 388. 401. C. 387.
82	442		446	466	I	
83	473		482	495	I	A. 482. C. 485.
84	900		905	909	I	H. 901. U. 902.
85	924	928	938	944-951	I	H. 928. 944.
86	977		983	990	I	H. 983. U. 989.
87	1015		1017	1022	I	U. 1018.
88	1146	1148	1185	1206	I	A.
89	1211	1220	1233	1241	I	C. 1218. 1250.
90	1255	1259		1269	I	U.
91	1368		1377	1398	I	H. 1376..1398. A. 1391. U. 1393.
92	1404		1407	1412	I	H.
	Iphigenia Taurica.					
93	482		484	490	I	U. 487—8.
94	597		599	603	I	H. 606.
95	674		676	683	I	H. 674. 683.
96	687	689		708	I	U. 691. 697.
97	989		994	1004	I	F. 995.
98	1007		1012	1015	I	P. 1012.

	Pm.	N.	Pr.	E.	G.	Fines.
99	1056		1060	1068	I	H. 1064. U. 1067.
	Medea.					
100	214		230	252	I	U. 230 sq.
101	282		284	290	III	U. 289.
102	292		294	312	III	U. 295.
103	465	476	492	509	III	A. 465. 489. 495. 519.
104	523	526	554	567	III	U. 535. 553. 567.
105	764	768		807	I	H. 767. 810.
106	869	872		894	I	U. 876. 881.
107	1021			1067	I	U. 1027 sq. 1044 sq. C. 1032sq. 1040sq. 1056sq. H. 1049 sq. 1059 sq.
108	1236		1242	1249	I	N. 1240. 1243.
109	1323	1325	1339	1344	III	A. 1328.
110	1351	1354		1358	III	H. 1355.
	Orestes.					
111	448		449	454	I	A.
112	459	462		467	I	A. 460.
113	491		496	534	III	L. 495. 523.
114	544		551	600	III	A. 556. 596. U. 565.
115	640		646	669	I	A. 643. 666.
116	682		688	704	I	P. 687. F. 712.
117	1075		1076	1082	I	U.
118	1085		1089	1097	I	H.
119	1131		1132	1149	I	H. 1133. 1151.
120 [1]	1191	1191	1200	1202	I	U. 1203 (1178).
	Phoenissae.					
121	452		461	465	III	U. 460 sq.
122	469	473	491	494	III	A. 470. 496.
123	499		503	521	III	H. 509. 525.
124	528		531	566	III	a. A. 532. U. 560.
	568		571	584		b. H. 576. U. 578. 582.
125	930		937	953	I	U. 936.
126	991		999	1013	I	H. 995. 999.
127	1584		1590	1592	I	U. 1591.

1) Prooemium aversu 1177 repetendum.

	Pm.	N.	Pr.	E.	G.	Fines.
128	1595	1597		1615	I	U.
	Supplices.					
129	163	171	184	190	I	P. 189.
130	214	219—25 229—37		246—9	I	U.
131	297		301	326	I	A. 301. L. 313. H. 314.
132	409		410	423	IV	U. 410.
133	426		429	456	IV	A. 432. L. 433. U. 447 sq. H. 450 sq.
134	465	467	476	506	I	U. 473 sq. A. 494 sq. 505.
135	513		518	558	I	H. 518. L. 526. U. 538.
136	734	737		744	IV	
137	838		844	853	IV	P. 856.
138	857	860		909	II	A. H. U. C. P.
139	1080		1087	1108	I	U.
	Troades.					
140	353	365		400	II	H. 365—385. U. 386—399.
141	466	474		505	I	
142	634		637	676	I	U.
143	725		729	737	I	P. 729 sq.
144	914	919		961	III	U. 933.
145	969		971	1029	III	
146	1036	1037		1039	III	
147	1156		1158	1200	II	

De Prooemio.

Prooemium aggredimur, cuius de munere iam supra satis dictum est. Inde tamen pauca repetere hic liceat. Secundum Lysiam Isocrateosque in prooemio haec insunt (Dionys. Lys. p. 193 Reiske). 1. Sui excusatio. 2. Sui laudes. 3. Adversarii detrectatio. 4. Iudicum laudatio et adulatio. 5. Conciliatio, scilicet quodcunque ipsum adiuvet, adversario noceat. — Debet esse breve, et sententiis ornatum. — Propositio (πρόθεσις) ultimum occupat locum, καὶ ἔστι μεθόριον . . . ὡς τὰ πολλὰ ἡ πρόθεσις, unde aut ad expositionem

aut protinus ad probationem commode fit transitus (cf. Quint. 4, 1, 76).

Huic diversum ordinem diserte praecipit Anaximenes (c. 30, § 1—3; 21—22, c. 37, §§ 3, 13). 1. Sui excusatio. 2. Prothesis. 3. Attentio et conciliatio. Qui autem conciliat, se laudat, adversario obtrectat. Maxime in eo scriptor laborat, ut invidiam levet, et quidem in deliberativo et in iudiciali genere, de ceteris minus curiosus, nec tamen negligens (cc. 30, 37, c. 36, 1, 2, c. 38, 2).

Non alienum est de se modestius loqui (30, 7, 37, 4 ἐλαττώσεις, cf. Isocr. Paneg. 13, Quint. 4, 1, 8, 9).

Haec medicamenta (ἰατρεύματα, cf. Anax. 31, 9 τὰς ἀπιστίας ἰασόμεθα) spernit Aristoteles, nec tamen praeterit (Ar. Rh. 1, 1, 3. 3, 14, 7, cf. c. 15). A quo illud inter alia de tollenda invidia praeceptum est, ἀντιδιαβάλλειν τὸν διαβάλλοντα. Praestat exemplum Euripides in Bacchis (266 sq.).

Ad Euripidem accedamus.

Non raro a nuda prothesi incipit (An. 30 init.). Saepissime orator se excusat, orat ut auditores sint benivoli, sint attenti. Si autem quod rhetoricus multis praecipit, id poetam paucissimis absolvere videbis, ne mireris. Omnia apud poetam in angustum cogi lex operis iubet. Id ipsum iam multum est, si poeta uno verbo praeceptis obtemperat, quem non invitum obtemperare constabit. —

Orationem ἀφροιμίαστον habes in Troadibus (969—70, Dion. Lys. p. 19, Ar. Rh. 3, 14, 6). Unicum est exemplum: Hecuba statim a refutatione incipit, sed non sine partitione. Addere non licet locum ex Supplicibus (409): inter se colloquuntur; in proximis iam exordium habes (cf. Or. 1177 sq.). In genus rhetoricum vix cadit oratio eximia Medeae (1021 sq.). Bis λέγοιμ' ἄν vice prooemii fungitur (Hec. 1132, Suppl. 465).

Nec ea tamen prothesis inornata est. Immo omnibus modis studet poeta nudam variare propositionem: saepe abesse dicas; adeo faciem mutat. Ab initio prothesis cum partitione rarior est. Duo exempla exstant in Heraclidis (134—5; 236—7). Saepe pro prothesi stat vox universalis

vel sententia: saepe sententiis prothesis firmatur (Andr. 91—5. Heracl. 297—301. cf. Dion. Lys. p. 193 sq.). Per interrogationem rem ponit, ut in Andromacha (590—1): exclamatione utitur ut in Bacchis (1352—3). — Quod de nuda prothesi dicitur, idem valet de eadem in pleniore exordio.

Index orationum a nuda prothesi incipientium sequitur e tabula superiore excerpta. 1. 2. 15. 16. 20. 24. 25. 28. 30. 33. 39. 43. 44. 45. 51. 52. 55. 75. 76. 82. 93. 94. 95. 96. 105. 107. 108. 109. 117. 132. 134. 136. 139. 143. 147. Summa 35.

Ordinem Anaximeneum servant vel saltem contra eum non peccant hae orationes.

Excusatio sola. 9. 12. 104.

Excusatio cum prothesi. 4. 6. 7. 8. 17. 19. 23. 36. 38. 41. 48. 57. 58. 59. 63. 65. 66. 68. 69. 72. 83. 84. 85. 90. 92. 97. 98. 101. 102. 110. 113. 114. 115. 116. 118. 124 A. 125. 126. 129. 131. 135. Summa 41.

Excusatio cum prothesi et attentione 78. 140.

Excusatio cum prothesi, attentione, conciliatione 80.

Exc. + Pr. + Conc. 27. 29. 32. 100. 137.

Exc. + Conc. 10. 35. 86.

Proth. + Att. 31. 42. 53. 60. 119. 120.

Proth. + Att. + Conc. 37.

Proth. + Conc. 13. 14. 18. 46. 49. 54. 70. 71. 81. 87. 111. 128. Summa 12.

Proth. + Detrectatio 3. 22. 56. 61. 124 B. 145.

Proth. + Conc. + Detr. 122.

Attentio 138.

Att. + Conc. 26.

Conciliatio 106.

Detrectatio 11. 40. 73. 103. 130.

In ceteris variatur ordo.

Exc. + Att. + Proth. 142.

Exc. + Conc. + Proth. 47. 74.

Att.. + Proth. 64. 88. 91. 127.

Att. + Pr. + Exc. 79.

Proth. + Detr. + Att. 123.

Conc. + Proth. 50. 62. 67. 89. 90. 112. 121. 141. 144. 146. Summa 10.

Detrect. + Pr. 21. 34. 77.

Detr. + Pr. + Att. 5.

Detr. + Att. + Pr. 133.

Nisi me res lubrica fallit, habes poetam longe pluribus in locis cum rhetore consentientem; dissentit tamen ad arbitrium suum. Oratio una 124 melius pro duabus habeas.

Restat ut pauca exempla proponam quae exquisitiora praecepta illustrent; exhaurire omnia nolim.

Laudat auditores I. A. 977. Or. 1161.

Prothesis est μεθόριον Or. 687. Phoen. 531. Supp. 168, 219.

Ἐλάττωσεις habes. Or. 544. Andr. 186.

Passim habes διαβολῆς λύσιν, cuius genera secundum Anaximenem sunt, 1. περὶ τὸν ἄνθρωπον, 2. περὶ τὸ πρᾶγμα, 3. περὶ τὸν λόγον, et quidem de re praesenti (ἐκ τοῦ πάροντος) aut de re praeterita (ἐκ τοῦ παροιχομένου χρόνου) cf. An. cc. 30. 37.

Primi generis exempla sunt: Phoen. 528 ἐκ τοῦ πάροντος (cf. Anax. 30, 14, 17 ἐκ τῆς ἐμπειρίας). Med. 292 ἐκ τοῦ παροιχομένου (cf. Anax. c. 30, 12).

Secundi generis. Med. 214 ἐκ τοῦ πάροντος (An. 30, 12. Ar. Rh. 3, 15, 9). Cycl. 285 ἐκ τοῦ παροιχομένου (An. 30, 19. Ar. 3, 15, 3).

Tertii generis: Orest 640 ἐκ τοῦ πάροντος (An. 30, 20). El. 300. H. F. 141.

Sententiarum exempla proferre supervacuus est labor.

De Narratione.

Proximum est ut narrationem tractem, de qua Anaximenis praecepta longe alia sunt atque doctrina seriorum. Is enim deliberativum genus primo loco tractat, et de narratione iudiciali minus curiosus ad praecepta semel data refert (32, 2. 37, 14). Genus demonstrativum ex rei necessitate proprie et copiose illustrat, exquirendi genus breviter tangit (36, 38, 4). At ceteri scriptores inde ab Aristotele rem in iudiciali genere ut primariam habent. Immo fere nullam

in deliberativo inesse ait Aristoteles (Rh. 3, 16, 11): quae si sit, necessario praeterita tantum tractare. Non alienum erit hic Quintiliani sententiam proferre, qui ipse quoque praecepta Anaximenea damnare velle videtur. „Sciens transcurram subtiles nimium divisiones quorundam plura eius genera facientium . . . Adiiciunt, expositionem et praeteritorum esse temporum, quae est frequentissima, et praesentium, qualis est Ciceronis de discursu amicorum Chrysogoni, postquam est nominatus; et futurorum, quae solis vaticinantibus esse potest; nam ὑποτύπωσις non est habenda narratio" (4, 2, 3). At idem Quintilianus: (9, 2, 41). „Nec solum, quae facta sint, aut fiant, sed etiam, quae futura sint aut futura fuerint, imaginamur. Mire tractat hoc Cicero pro Milone, quae facturus fuerit Clodius, si praeturam invasisset" (cf. supra p. 6).

Nobis tamen liceat hic quoque ducem Anaximenem sequi. Qui quidem diserte haec praecipit; scilicet narratio tria praestat munera: praeterita refert, praesentia proponit, futura praemonstrat (§ 1). Unde tria genera: ἀπαγγελία, δήλωσις, πρόρρησις (§ 9). Quod illi ἀπαγγελία est, id ceteris scriptoribus artium διήγησις: reliqua fere spernunt (vide tamen Volkmann p. 150). Illud ἀπαγγελία inde ductum esse videtur, quod is, qui legati munere fungitur, dicta ac facta renuntiat (ἀπαγγέλλει): unde vocabulum in alios usus transfertur.

Narratio debet esse brevis, dilucida, credibilis (§ 4, cf. Ar. Rh. 3, 16, 4, Quint. 4, 2, 33, 41 sq.). Ea sunt verba adhibenda, quae sint propria et usitata, et sunt in ordine solito collocanda. Quam sermonis virtutem, si quis alius, praestat poeta noster (ἐκ τῆς εἰωθυίας διαλέκτου, ὅπερ Εὐριπίδης ποιεῖ καὶ πρῶτος ὑπέδειξε Ar. Rh. 3, 2, 5. κοινοῖς καὶ δημώδεσι τοῖς ὀνόμασι De Sublim. 40). Sit exemplo brevitatis Euripideae, in qua deest nihil quod aut cognitioni aut utilitati prosit, oratiuncula illa ex Cyclope iam laudata (253 sq.). Credibilia si qua minus videantur, accedant rei causae (αἰτίας Anax. 31, 8). Cf. Troad. 914 sq. (ἀντιθεὶς' . . . τἀμὰ καὶ τὰ σ' αἰτιάματα, sensu quidem diverso) ubi Helena in proximis varia causatur. Inde tres narrandi rationes esse statuit

(32) A. Si res gestae sunt paucae, prooemio quasi appendicis loco, adiungendae sunt. B. Singulae quaeque sunt narrandae et statim cuique confirmatio annectenda est (συναπτὰς ποιεῖν § 2, cf. c. 37, § 14). C. Narratio tota tanquam unum corpus exponitur (σωματοειδῆ). Exemplo sit primi generis oratio Antiphontis (Tetr. B. a.). De altero ipse Anaximenes monet: id fiat, ne nuda facta varietate careant, et ut animos audientium captemus (§ 2). Eadem habet ipse Aristoteles, sed diserte de demonstrativa tantum oratione (Rh. 3, 16, 1, 2). Improbat Quintilianus, nisi cum modo fiat, et sic ut narrationem esse meminerimus, non probationem (4, 2, §§ 3, 54, cf. § 79. Volkmann pp. 161—2). Anaximenes autem statuere videtur hoc alterum genus cum probatione fere convenire (c. 33, 1). Necessario in specie exquirendi, quae narrantur, in hoc genus omnia cadunt (c. 38). Apud poetam saepius obvium est, ita ut difficilis electio fiat utrum narrare an probare velle dicatur. Illud Anaximeni obsequens equidem praetuli.

Cum tragico narrandi mori optime conveniat illa secundum tempus tripertita divisio, haud dubitanter ἀπαγγελίαν (α), δήλωσιν (δ), πρόρρησιν (π) appictis litteris notavi.

Numeri ex tabula maiore orationem indicant.

Genus A. 35. 43. 75. 104. 110. 129. 146.

Genus B. 1. 2. 9. 15. 16. 18. 31. 32. 36. 42. 49. 78. 90. 105. 106. 112. 130. 140. 144.

Genus C. 6. 7. 8. 14. 19. 20. 21. 23. 24. 26. 27. 29. 39. 53. 56. 57. 62. 63. 64. 79. 80. 85. 88. 89. 96. 103. 109. 120. 122. 128. 134. 136. 138. 141.

α. 8. 18. 26. 27. 31. 32. 49. 56. 57. 62. 63. 79. 80. 89. 103. 104. 106. 109. 110. 112. 128. 130. 136. 138. 140. 144. 146.

δ. 29. 35. 43. 53. 75. 129.

π. 2. 6. 7. 20. 24. 78. 85. 96. 105. 120. 134.

α + δ. 14. 15. 16. 39.

α + π. 141.

α + δ + π. 1. 9. 19. 21. 23. 36. 42. 64. 88. 90. 122.

Si plura quaeris, verbis Quintiliani monebo: „plerique semper narrandum putaverunt, quod falsum esse pluribus coarguitur“ (4, 2, 4).

Denique praecepta artis exemplis paucis illustrare liceat.

In narratione inesse debet προαίρεσις (Ar. Rh. 3, 16, 8). Inspicias velim orationes 1, 57.

Egregiam ὑποτύπωσιν habes 6, 120.

Ἀπαγγελία proprio sensu per legatum facta 49.

Ficta narratio (ὡς γεγονότος Hermog. Progym. p. 4), extat in Ione 79 et in Medea 106.

Secundum Aristotelem debet orator sui laudes quasi insinuare (παραδιηγεῖσθαι) 88, 122.

Secundum eundem narratur in deliberativo genere tantum ut melius consulamus (Ar. Rh. 3, 16, 5, 11) 89.

Qui se respondendo defendit, pauca tantum narrare debet (Id. § 6) 104.

Qui res turpiores commemorat, ambagibus rem indicare debet (Anax. 36, 16) 146.

De Probatione.

Iam ad probationem transeundum est.

De argumentis inartificialibus non est quod dicam: ex iis qui in numerum artificialium veniunt, Anaximenes videtur σημεῖα et ἐλέγχους in iudiciali tantum genere ponere (cc. 10, 13, c. 37, 15). Et iam vidimus haec apud Euripidem vix locum habere (pp. 32 sq.). Restat ut reliquorum exempla proponam.

Εἰκότα primi generis (An. 8, 6 sq.) habes:

El. 947. Ion. 594—611 (quattuor). Hipp. 381, 439. Andr. 949. Med. 286.

Secundi generis Med. 285. Fortasse huc refer Andr. 948. Hipp. 387. Raro obvium est.

Tertii generis. Hec. 1207, 1245. Andr. 947. Facile cum capite finali Utili confunditur.

Ad secundum illud genus prope accedere illud τὰ ἔθη τῶν πραγμάτων dicas (An. 33, 1).

Cuiusmodi videntur, El. 1036; cum exemplo coniunctum, Hec. 282 sq., Hel. 755 sq., H. F. 1314 sq.

Haud verisimilia sunt Hel. 490 sq., sed verisimilitudine altera (ὡς εἴξασιν) firmantur, 497 sq. (An. 9, 1).

Exempla (παραδείγματα An. 9) modo nominavi, quibus haec accedant. Her. 303. H. F. 1316. Hipp. 390, 453. Hel. 744. In Hel. 497 potius est ὁμοιότης τις (Anax. 33, 2).

Τεκμήρια multa invenias: ex oratione oriuntur, El. 1086. I. T. 1012: ex re, Alc. 634. Hec. 1206. Thucydidis delicias ἔργῳ . . . . λόγῳ habes Alc. 349. (An. 10, 2 ἡ πρᾶξις ἐναντία τῷ λόγῳ).

Enthymemata Anaximenea ex pugnantibus passim obvia sunt. Satis sint haec tanquam δείγματα: Cyc. 168 (εἰκός). El. 1041 (δίκαιον). I. A. 1185—1206 (δίκαιον, quattuor).

Δόξα τοῦ λέγοντος brevissime apud Anaximenem tractatur (15, 6, 7): cui tamen in argumentationi primum locum attribuit (33, 2).

Huc fortasse referenda sunt: Andr. 595 (sequitur illud ἔθη τῶν πραγμάτων); Andr. 943 (sequuntur εἰκότα); Hec. 1243 (sequuntur εἰκότα et ἔθη); Hel. 747 (sequitur exemplum); Hipp. 376 (sequitur εἰκός).

Alia cum exemplis habes, H. F. 342. Hec. 302. Hipp. 627.

Nisi res me fallit, argumentationem vides ut apud Anaximenem constitutam (33, 2).

De capitibus finalibus vix necesse est ut plura dicam. Exempla extabula sumenda sunt. Seriem longiorem habes Med. 1021 (U. C. C. U. H. C. H.). Suppl. 301—20 (A. L. H.). Supp. 430—55 (A. L. U. H.). Suppl. 860—908 (A. H. U. C. P.).

Restat ut eorum usum in argumentatione ostendam (An. 37, 27). In Phoen. 469—585 tres coniunctim orationes habes. Prima urget Aequum, altera Honestum (φιλότιμον), dein tertia vult utramque infirmare, primam ex Honesto et Utili, alteram ex Aequo et Utili. In Iph. Aul. habes quattuor orationes 1146; 1211; 1255; 1368. Prima urget Aequum, altera Conveniens, tertia Utile. In quarta ad omnia respondetur; per Honestum (1376, 1398); Aequum infirmatur (1391); Utile

confirmatur (1392—3). In Iph. Taur. 647, 687 prior urget Honestum, quod alter per Utile levat. In eadem fabula (987 sq.) prior negat rem esse Facilem, alter ait esse tamen Possibilem.

Ante occupationis haec sunt exempla: in Medea (248). Conveniens ex contrario refellitur. H. F. 140 tota probatio ex detrectatione constat (Honestum), quam alter redarguit ex locis Honesti neglectis (ἐκ τοῦ παραλειπομένου An. 27, 3). Alc. 658. Or. 665 (negat esse Impossibile).

Λύσεως exempla: Hec. 1196 (σύμφερον per εἰκός et τεκμήριον). Alc. 681 (ἐκ τοῦ παραλειπομένου). Andr. 184 (Id.). Cycl. 318 (nihil ad rem Anax. 37, 29). Cycl. 320 (= δικαιότερα τὰ ἡμέτερα Ib. § 30). Med. 302 (Ib. § 28).

Respondetur anteoccupationi, Or. 687 (ostendit esse Impossibile).

Id quoque statuit rhetor ut pars unaquaeque argumentationis in vocem universalem desinere possit (33, 6). Inter tantam exemplorum copiam liceat per unum rem transigere. Hipp. 433. Nutrix Phaedrae respondet: sententias adhibet: 436; 441—2; 458; 465—6; 471.

Iam genera orationum consideremus, et primum quidem deliberativum.

Finita itaque narratione, cum fides facienda sit, primum (An. 33) δόξαν τοῦ λέγοντος proponimus, inde exempla; vel εἰκότα, et exempla; vel capita finalia: adhibemus etiam enthymemata et sententias. Consilium, ad quod capiendum hortamur, sub finem proponendum est (προτροπὴν πέρατι ὅρισαι c. 33, 9), quod saepe epilogum inducere videtur. Ante occupatione, si ex re est, utemur. Qui in secundo loco verba facit, initio argumenta prioris refellit (λύσις); quod si minus procedit, ad locos neglectos decurrendum est (c. 35, § 81). Itaque si ille Aequum esse docuerit, tu Honestum esse negabis.

Breve iam exemplum huius generis apponam, quo ad agendum suadetur. In Bacchis Cadmus Pentheum ad Dionysum colendum hortatur. Oratio est παραίνεσις (330, Volkmann p. 294). Duo sunt argumenta: (1) Ut non sit deus,

at deus esse fingatur, id quod nostro universo generi honorem conciliet. — Finis est Utilitas cum Honestate coniuncta —. (2) Cave ne fatum par et simile fato Actaeonis tibi accidat. — Hoc est Exemplum et quidem notissimum. — Iam in prooemio solitum rerum cursum indicaverat: μὴ θύραζε τῶν νόμων (331).

Dein consentaneum est afferre dissuasionis exemplum. — Ion in cognomine fabula Creusam ab oraculo consulendo dehortatur (369). Tria sunt argumenta (1) Iure Phoebus probro affectus te laedet. — Finis est Aequitas: ad solitum quoque rerum cursum tacite respicit. (2) Oraculum contra deum ipsum consulere non decet. — Finis est Honestas. (3) Dis invitis responsum quasi vi velle extorquere, quid prodest? — Finis est Utilitas (ὠφελούμεθα 380). Alterum illud argumentum possis etiam habere pro sententia priori subiecta (γνωμὰς . . . ἐνεγκόντες Anax. 33, 6).

Alterum dissuadendi exemplum ex Hercule Furente petatur. Oratio est παραίνεσις (847), quae tamen eadem dehortetur (854). Probatio tota in narratione continetur (Anax. 33, 1). Igitur pendet primum ex auctoritate dicentis (c. 15, § 6). Valet autem in consiliis auctoritas plurimum (Quint. 3, 8, 12). Itaque a principio Lytta se iactat (843). Hoc est praeceptum Rhetorici: πρῶτον ἡ δόξα τοῦ λέγοντος (33, 1): sic a Poeta elatum ἢν πίθησθ' ἐμοῖς λόγοις (848): οὐ παραινῶ (854). Finis est Utilitas (847, 854): subest Honestas (849). Epilogum vix dignum qui pro tali habeatur, dicas esse brevem consilii significationem: τὴν προτροπὴν πέρατι ὁρίσαι (An. 33, 9).

Ad rempublicam tractandam Euripidi magis vim quam voluntatem defuisse suspiceris. Adeo non invitus, data occasione, imaginem contionantis populi ante oculos ponit. Quod fit in disceptatione de reddendis Herculis filiis (Heracl. 136—252). Prior Copreus suadet. Et iam in narratione (139—46) insunt semina quaedam probationum (Quint. 4, 2, 54), quibus in posteriore oratione respondetur (139 = 185). Nam et leges profert et quod legitimum est callide cum eo quod aequum est commiscet. Narratio quoque exempla alia-

rum civitatium affert (πράξεις ὅμοιαι An. c. 9, §§ 1, 12). Propositionem a principio probationis (147—52) ad ostendendam quaestionem principalem habes (Quint. 4, 4, 1), cum qua coniungitur argumentum ex exemplo ceterarum civitatium: unde oritur enthymema Anaximeneum (σὲ μόνον 151. ἐνάντιον τῷ ἔθει τῶν πραγμάτων Anax. 11, 2. τῶν παραδειγμάτων . . . . τὰς τελευτὰς ἐνθυμηματώδεις ποιεῖσθαι 33, 3). Inde comparatione instituta affert Utilitatem (τί κερδανεῖς 154) et idem diverse tractando urget (παρατιθέναι ἓν πρὸς ἕν. Anax. 34, 1). Suas opes verbis auget (τόσηνδε χεῖρα) adversarii minuit (γέροντος . . . τὸ μηδὲν ὄντος). Pro re confer Anaximenem: τὰ μὲν σαυτοῦ αὔξοντα, τὰ δὲ τῶν ἐναντίων ἀσθενῆ καὶ μικρὰ ποιοῦντα (c. 34, 1). Finem Aequitatis non omnino neglegit (162—4): statim tamen ad Utilitatem redit (165 sq.), neque illa, quae intervenit, ante occupatio (169 sq.) tenorem argumentationis rumpit. Porro nuntius ex communibus de republica locis tracta argumenta affert (τὰς κοινὰς ἰδέας . . . ἐπιφέρειν Anax. 3, 1). Scilicet Argos validum est (δεῖ δεικνύναι τοὺς συμμαχίαν ποιουμένους . . . δύναμιν μεγάλην ἔχοντας c. 3, §§ 24, 25). Quam belli causam habet? (162 sq. ἀμύνων συμμάχοις (164) cf. ἀμυνάσθαι τοὺς ἀδικήσαντας . . . ἢ συμμάχοις ἀδικουμένοις βοηθεῖν § 27). Cives reprehendent: nihil enim ex Utilitate proponi posse (165—6 τοῦ τῇ πόλει συμφέροντος § 27). Denique spem futurae utilitatis quasi praecidens in ante occupatione pueros aetate infirma nondum ad subsidium utiles irridet (οὐχ . . . . κατὰ τοὺς προσήκοντας καιρούς § 25). Notandum est poetam in hac oratione a sententiis abstinuisse. — Quantum hic distat legatus a nuntio illo cuius dicacitatem Theseus in Supplicibus reprehendit.

Dein Iolaus Argivo respondet; et quidem ἐκ τοῦ παραλειπομένου (An. 37, 27). Legatus maxime Utilitatem urget; hic Honestatem cuius vim Demophoon agnoscit (242).

A principio refutat (προθέμενοι μετὰ τὸ προοίμιον διαλύσομεν An. 37, 27, 184—188 = 136—143; 191—201 = 144—52). Et primum de aequitate disputat (186, 190, 194); callide invicem de legibus silet (ἃ μὲν εἰδέναι τοὺς ἀκούοντας

ἐποίησε, παραλείψομεν, ἃ δὲ δοξάζειν . . . διαλύσομεν c. 37, 27). De Utilitate quoque siletur: in Honestate tractanda est copiosus, et demum in epilogo ad hoc quasi firmissimum locum refugit (200, 223). Comparatione facta animos audientium movere studet (193 sq.). Quo magis commoveat, laudare incipit, sed sibi temperat (Quint. 4, 1, 16 „cum modo fieri debet“). Simul quod exemplum adversarius ceterarum civitatium attulit, ita infirmatur ut ad gloriam Athenarum res redundet. Non enim si quid oppidula ista concesserint, ea lege tenentur Athenienses. — Profecto paretur Rhetorico. τὸ δὲ παράδειγμα . . . δείκνυε ὡς οὐχ ὅμοιον ἐστι (An. 37, 29).

Refutatione peracta, Iolaus ad suas probationes pergit: neque Aequitatem deserit. Praecepta conveniunt (c. 2 §§ 6, 7). Et docet quidem orator inter Herculem Theseumque et affinitatem et societatem interfuisse, et huic illum beneficia summa contulisse. Quorum iam vices repetit (ἀντιδοῦναι . . . χάριν 220 = Thuc. 1, 41 ἣν (χάριν) . . . . ἀντιδοθῆναι ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι φαμὲν χρῆναι). Locum par est Anaximenis totum perlegere cuius disiecta verba apponimus (c. 35 βοηθεῖν . . . . προτρέπωμεν . . . . ἰδιώταις . . . . εἰ προυπάρχει . . . χάρις . . . χάριν ἔχουσι . . . οἴονται ἀγαθόν τι πεπονθέναι . . . συντόμως διδάσκειν καὶ ἐπὶ τὸν ἔλεον ἄγειν). Quibus congruenter insequitur epilogus, in quo collectis viribus ad miserationem movendam instat.

In sententiis poeta hic quoque parcior est: bis tantum adhibet (200, 202). Ironia utitur (198 cf. An. c. 22).

Oratio Coprei habet versus XLV, Iolai LI. Hic epilogum produxit: ramulis (ὄζοις) recisis utraque oratio fere pari magnitudine fiet.

Ne quid ad imaginem desit, iam ad regem res redit. Sic in disceptatione iam allata ex Thucydide (p. 41). Ephorus summam rei exponit: sic Hippias ille tertio loco dicere vult, sed frustra: (Pl. Prot. 347 B). Et Sophista quidem novi aliquid editurus fuisset. Demophoon, copiis argumentorum exhaustis, aliorum dicta repetit, non sine pondere enumerans, et figuris hic illic variat (Quint. 6, 1, §§ 1, 2, cf. 239, 246). Ut Spartanus ille Ephorus Aequitatem, Uti-

litatem, Honestatem proponit neque tamen in ultimo immoratur, sic Atheniensis eosdem fines aliter tamen ordinatos, Aequitatem, Honestatem, Utilitatem tractat. Vides utrumque ab Aequitate incipere (An. 33, 5 πρῶτον τὸ δίκαιον τακτέον): Demophoon autem sua vice Utilitatem (247) leviter tantum tangit, quo neque causam infirmet et seni iam deriso (167) parcat. Et Spartanus et Atheniensis in Aequitate desinunt (δίκης κυρήσειν Heracl. 252, τοὺς ἀδικοῦντας Thuc. 1, 86). Id optime Euripides, quod facit regem ad suos conversum plura de Honestate dicere; quippe qui nihil ex utilitate afferre possit, criminantes cives timeat (165—6).

Post species hortandi dehortandique transit Anaximenes ad species laudandi vituperandique: quas primus Aristoteles diserte in genere demonstrativo collococavit (Spengel Anax. 99—100. Quint. 3, 4, 9). Anaximenes, ut videtur, eas cum deliberativo coniunxit. Cuius si causam quaeris, ex Quintiliano elicere possis: „An quisquam negaverit Panegyricos ἐπιδεικτικοὺς esse? Atqui formam suadendi habent et pleraque de utilitatibus Graeciae loquuntur“ (Ib. § 14).

Ut Aristoteles, ita Anaximenes tantum de hominibus laudandis cogitare videtur (c. 4, § 1, 2, c. 36 § 2 αὐτὸν). Mire hic tamen loquitur de stemmate hominum et ceterorum animalium. At rursus Quintilianus de re ipsa: „Quae materia praecipue quidem in deos et homines cadit, est tamen et aliorum animalium etiam carentium anima“ (3, 7, 6). Quod magis mireris, Anaximenes rem non persequitur: nos memores facit pulveris illius olympici. Cornificius Ciceroque de hominibus tantum; de rebus omnibus Quintilianus praecipit (Ib.). Patet tamen et hunc et alios non tantum ad orationes respicere, sed ad communes illos locos (Ib. § 27, 28. Cic. Brut. 12, § 47). Hoc est illud: „Isocrates in omni genere in esse laudem ac vituperationem existimavit“ (3, 4, 11). At idem Isocrates indignans invectus est in eos qui re egregia abusi essent, laudantes res vilissimas, quasi ridicula graviorum imitatione (Isocr. Hel. §§ 7, 11, 12). Unde fortasse Anaximenes alia ut infra se posita spernens de hominibus tantum dicere maluit.

Ego multa in hoc genus congessi, quae in aliud quoque ascribi possent.

Quod exemplum affero, id iam apud antiquos concelebratum est, nec indignum videtur quod ad praecepta rhetorica exigatur (De re vide Comm. ad Supplices 857).

Occasionem orandi praebet Theseus nimis aperte ille quidem narrationem efflagitans quo animi iuniorum ad virtutem accendantur (842). Inde funebrium exemplo contionum verba facit Adrastus. Hoc vere Euripideum: nec illud minus, quod vocabulum artis proprium adhibetur: ἔπαινον (858) (Pl. Phaedr. 260 C. Ar. Rh. 1, 9, 33 ἔπαινος λόγος ἐμφανίζων μέγεθος ἀρετῆς).

Et prooemium quidem ex oratione Thesei petendum: is enim ita: πόθεν ποθ' οἵδε διαπρεπεῖς εὐψυχίᾳ θνητῶν ἔφυσαν; (841—2). Causas quaerendi addit: εἶδον γὰρ αὐτῶν κρείσσον' ἢ λέξαι λόγῳ τολμήμαθ', οἷς ἤλπιζον αἱρήσειν πόλιν. Sic victos excusat (τὰς διαβολὰς ἀπολύομεν Anax. 36 § 1).

Verba Thesei mirationem movent: res gestae tantae erant ut nihil supra posset: Anax. § 2 ἐπὶ τὸ προσέχειν παρακαλοῦμεν . . . ἐκ τοῦ θαυμαστὰ καὶ περιφανῆ φάσκειν καὶ αὐτὸν ἴσα καὶ τοὺς ἐγκωμιαζομένους . . . ἀποφαίνειν πεπραγότας.

Adrastus amicus est eorum quos laudat: itaque auditorem attentum facit (διὰ φιλίαν c. 37 § 10). Verba eius sunt ἀληθῆ καὶ δίκαια c. 30, § 3 προσέχομεν . . . ὅταν . . . φάσκωσιν . . . οἱ λέγοντες ὡς δίκαια καὶ . . . ἀληθινὰ ἐπιδείξουσι (cf. c. 36, § 2 ἐκ τῶν ἐν ταῖς δημηγορίαις εἰρημένων).

Capaneus (861—71) fuit dives, idem tamen prudens (μέτρια ἐξαρκεῖν ἔφη), et probus. An. § 3 μετὰ τὸ προοίμιον . . . διελόμενον τὰ ἔξω τῆς ἀρετῆς κ. τ. λ. πλοῦτον . . . σοφίαν . . . . . δικαιοσύνην.

Eteocles: 871—880.

1. νεανίας . . . πλείστας τιμάς.

An. § 11 ἐπὶ τῇ τοῦ νεανίσκου ἡλικίᾳ αὔξειν . . . διεξιὼν ὅτι . . . τὸ καὶ τὸ γέγονεν ἔνδοξον . . . διὰ τούτου.

2. χρυσὸν . . . οὐκ εἰσεδέξατ' . . . ὥστε τοὺς τρόπους . . .

An. § 11 ἔνδοξον . . . τοῦ ἐπιτηδεύματος . . . ἕνεκα.

Hippomedon 881—87.

1. παῖς ὢν . . . οὐ πρὸς τὸ μαλθακὸν βίου . . .
An. § 10 παῖδας . . . κοσμίους καὶ σώφρονας.
2. πρὸς τἀνδρεῖον.
An. § 14 προθέμενοι τὴν ἀνδρείαν ἐὰν ᾖ.
3. ἐς ἄγρας ἰὼν ἵπποις τε χαίρων τόξα τ' ἐντείνων.
An. § 13 τοὺς ἐν γυμνασίοις πόνους.
4. σῶμα χρήσιμον πόλει.
An. c. 4, § 3 ἐκ τοῦ φιλογυμναστεῖν τὸ σῶμα αἱ νῖκαι.
Parthenopaeus 889—900.
1. Filius Atalantae, ex Arcadia oriundus.
An. § 4 μετὰ τὰ προοίμια πρώτην τὴν γενεαλογίαν τάξομεν.
2. εἶδος ἐξοχώτατος. Nil potuit aptius breviusve.
An. § 10 εἴ τι ἔνδοξον διὰ τὴν τύχην ὑπῆρξε, τοῦτο μόνον διαφυλάττοντα, ὅπως τὰ πρέποντα ταῖς ἡλικίαις ἐρεῖς καὶ μικρά.
3. ἐκτραφεὶς . . . οὐκ ἐξεριστὴς τῶν λόγων . . . λόχοις δ' ἐφεστώς.
At contra Anaximenes § 13 ἐρρωμένως . . . ὑπομένων πόνους, σφόδρα τὴν ἐν τῇ σοφίᾳ φιλοπονίαν ἀγαπήσει.
4. ἐφρούρει μηδὲν ἐξαμαρτάνειν.
§ 14 ἥξομεν ἐπὶ τὴν σοφίαν.
Tydeus 901—908.
1. ἔπαινον ἐν βραχεῖ θήσω μέγαν.
An. § 12 (paullo tamen aliter) λέγοντα . . . τοῦ . . . ἐπαινουμένου τὰ μέγιστα.
2. γνώμῃ ἀδελφοῦ . . . λελειμμένος ἴσον πάρεσχε ὄνομα διὰ τέχνης δορός.
An. § 12 δεῖ δὲ καὶ ἑτέρων νέων ἐνδόξους πράξεις παριστάναι. c. 36, § 11 προτιθέμενος τὰ ἐπιτηδεύματα αὔξειν.
Epilogus 909—917.
1. τολμῆσαι θανεῖν cf. c. 4, § 4 αὐξήσεις . . συλλήβδην ἅπαντα τὰ τοιαῦτα . . . ἀποφαίνων . . . ὑπὸ τουτουΐ πολλὰ γεγενῆσθαι . . . ἀγαθά.
2. βρέφος διδάσκεται § 10 τοὺς παῖδας οὐχ οὕτω δι' αὐτοὺς ὡς διὰ τοὺς ἐφεστῶτας οἴονται κοσμίους εἶναι καὶ σώφρόνας.

Haec summa: ex disciplina oritur αἰδώς: id quod sententiis firmatur ἡ εὐανδρία διδακτόν κ. τ. λ. et conclusione ex repugnantibus (912 cf. An. c. 11). Ita enim Anaximenes

c. 36, § 14 παλιλλογήσαντες ἐν κεφαλαίῳ τὰ προειρημένα τελευτὴν ἤτοι γνώμην ἢ ενθύμημα παντὶ τῷ λόγῳ ἐπιθήσομεν.

Totam vides orationem cum praeceptis Anaximenis de hoc genere (c. 36) comparatam. Ubi enim laudas, amplificatio ipsa est probatio.

In tertium locum succedit apud Anaximenem genus iudiciale. In hac parte seriores usque ab Aristotele plurimum operae posuerunt: nec Anaximenes in probatione elaboranda defuit. A quo quae in rem nostram esse videantur, decerpam: multa enim insunt plane forensia, multa nec poeta nec rhetorico digna.

Et primum de statu qui dicitur. Quae res „ut brevissimo pateat exemplo; cum dicit reus; Etiamsi feci, recte feci, qualitatis utitur statu, cum adicit; Sed non feci, coniecturam movet“ (Quint. 3, 6, 10). „Quoniam quod iure dicimur fecisse, non hunc solum intellectum habet, ut lege, sed illum quoque, ut iuste fecisse videamur, itaque dixerunt coniecturalem statum, legalem, iuridicalem“ (Ib. 45).

Coniecturalem re agnoscit Anaximenes; agnoscit quoque iuridicalem (ἂν μὲν ἀντιλέγηται τὰ πράγματα . . . ἂν δὲ ὁμολογῆται c. 37, § 14): nomina desunt. Legalis vestigia habes (§§ 22, 40).

Coniecturalis status apud Euripidem in Hippolyto invenitur.

Haec sunt praecepta. — Primo loco sunt ponenda testimonia, quae si credibilia sunt, statim confirmari debent sententiis et per enthymema ex repugnantibus: si minus credibilia, sunt, afferenda sunt verisimilia, exempla, τεκμήρια, σημεῖα, ἔλεγχοί, quibus denique sententiae et enthymemata subiungenda sunt. Hac parte peracta ad ante occupationem pergitur. Omnia quae pro nobis faciunt, augenda sunt, omnia ex adverso minuenda.

Ait ergo Theseus: Hippolytus negat. Prior Theseus.

Statim ab initio probationis fit mentio testimonii ex Phaedrae corpore (944 cf. 972 νεκροῦ παρόντος μάρτυρος σαφεστάτου). Testimonium credibile esse videtur (37, 15). Itaque sequuntur enthymemata ex pugnantibus (948—55. Anax. 38

προαιρέσεων ἢ πράξεων . . . . ἐναντιουμένων ἐμφάνισις). Duobus sententiis priorem probationis partem finit.

Transit ad ante occupationem (958 τὰ ἐπίδοξα λέγεσθαι An. 37, 16). Et cum Hippolyto nullam testium copiam adesse manifestum sit (1022), et Theseus putat fore ut filius ad iusiurandum confugiat (960, 1025), rex iusiurandi fidei, testimonii vi comparata, obtrectat (cf. An. c. 18). Dein alia argumenta ante occupare studet, sua augendo, aliena minuendo. Sententiose dictis crimina in natum serens, ad genus quoque primum τοῦ εἰκότος respiciens (τὰ πάθη Anax. 8, 6) probationem finit.

Σημεῖα fortasse dicas ea quae tanquam ab adversario proposita ante occupat et diluit (1, 962—3, 2, 966—7 πεφυκέναι ἐμπέφυκεν. Anax. 13 σημεῖον ἐστὶν . . . τό γ' εἰθισμένον γίνεσθαι ἅμα τῷ πράγματι). Quorum priori enthymema exgugnantibus opponit (ἐναντιοῦται . . . τῷ συμφέροντι An. 11): alteri tertium σημεῖον. Nisi mavis omnia tanquam εἰκότα accipere ita ut εἰκός εἰκότι solvatur.

Qui posterior dicit, primum probationes allatas refutat. Quicquid autem refellere non potes, id silentio praeterire praestat, et argumenta afferre ab adversario neglecta (ἐκ τοῦ παραλειπομένου c. 37, § 27). Prius igitur testimonia; deinde verisimilia quae aut depellenda aut alio sunt avertenda. Exemplum ineptum esse doce aut altero allato dilue: Potes causis explicatis τεκμήριον vincere: adversarii sententias ostende esse aut contra opinionem aut dubias. Σημεῖα multarum simul rerum signa esse confirma (cf. Hipp. 1032 sq.). Tum ante occupationem dilue.

In oratione Hippolyti egressio, quae simul ἐλάττωσις sit (An. 30, 7) probationi praemittitur (986—991). Apud seniores id moris erat prolato rerum ordine protinus excurrere (Quint. 5, 3, 1). Anaximenes habet nihil de excessu. Causam hic excedendi si quaeris, fortasse in eo invenies, quod moris erat suspiciones eloquentiae discendae a se amovere (Anax. c. 37, 33).

Inde ad refutationem: cum nihil in promptu habeat, per quod testimonio refragetur, ad orationem patris conver-

sus argumentis respondet εἰ δ' εἶεν οἱ μάρτυρες . . . πιστοί, τὴν ἀπολογίαν μεταβιβάζοντες ἐπὶ τὸν λόγον. An. c. 37, § 27). Itaque primum patri cum ironia roganti respondet, et vim enthymematum infringere conatur (§ 29). Et cum pater mores eius et consuetudinem agendi improbasset, se ipsum temperantem esse et amicis probis uti affirmat. Pater pro se habet primum τοῦ εἰκότος locum (τὰ πάθη τὰ κατὰ φύσιν ἀκολουθοῦντα An. c. 8, § 6). Filius invicem pro se secundum locum urget (τὸ ἔθος): ἀπολογοῦ ὅτι οὐκ εἴθισαι τοιαῦτα πράττειν οὔτε σὺ οὔτε οἱ σοὶ ὅμοιοι (§ 28) confer etiam verba (1022): οἷός εἰμ' ἐγώ. Ita transfert argumentationem ἐπὶ τὸν ἐκ τοῦ παραλειπομένου τόπον (§ 27). Huic viae insistit. Tertius enim locus est lucrum, cuius spe victi contra ipsorum naturam homines mores et προαίρεσιν deserunt (Anax. c. 8, § 7). Si ipse in se tantum facinus admisisset, vana se incepturum fuisse defendit (ἀπολογοῦ ὡς ἀλυσιτελές [e. conj. Bkk. Sp.] ἐστι τὸ κατηγορούμενον § 28.).

Potuit tamen pater dixisse: ut filius crimine libidinis et intemperantiae se liberavisset, tamen temperanti viro spes regni occupandi esse dulces. Hoc diluit ex repugnantibus. Hanc enim culpam non posse in temperantem cadere, dum sibi constet. Iterum praeceptis paruit; post εἰκότα iam τεκμήριον attulit.

Illud quoque in praeceptis est: exemplum exemplo refellere. Pater dicit filium agere ad exemplar Orphei: filius respondet se pro exemplo athletas habere velle. Sententiose dictis hanc partem finit.

Proximum est ante occupationem patris diluere (An. 37, § 32): cui quum fere satis respondisset, pauca tantum addidit. Haec summa est: accusator dat testem, alter ex re ipsa refellit (Quint. 5, 13, 3). Hippolytus, quod potuit, vitam moresque suos quasi advocaverat ut adessent: testem non habet. Ergo ad iusiurandum descendere statuit (Anax. c. 18). Quod qui faciet, „aut vita ipsa se tuebitur, aut ipsa vi religionis“ (Quint. 5, 6, 2). Itaque vides Hippolytum omnia mala in se imprecari, a nulla vi religionis abstinere.

Status alter est qualitatis. Reum confitentem habes,

qui tamen se culpa vacare contendit. Accusator ergo iure factum negat: ad res iam iudicatas appellat (18): de legibus disputat (19). Si reus, crimine non depulso, veniam misericordiamque petiturus est, accusator rei atrocitatem auget, diversa urget (c. 37 § 18 sqq. § 24).

Reus ita optime se defendet, si convincat se magis ex iure egerit: quod si minus potest, ad misericordiam confugiendum est (§ 30—32).

Exemplum habes in Oresta fabula: Tyndarus et Orestes de nece Clytemestrae certant.

Prior oratio a finibus Aequitatis et Legitimi pendet (494—5). Id ex arte fit (37, 18 τῇ δικαιολογίᾳ . . . . χρηστέον . . . . § 16). Inde crimen auget (507—11 = Anax. c. 5 § 4. Cornific. 2, 30, 48 locus tertius). Exempla addit, quae ex antiquis temporibus desumta sunt: διὰ τῶν προγεγενημένων πράξεων (An. c. 9 § 12). Inde miserationem ante occupat (An. c. 37 §§ 23, 24). Euripides καλῶς ἔθεντο (512) = Anaximenes (§ 18) νόμους . . . . καλοὺς καὶ συμφέροντας τῷ κοινῷ. Euripides (524) τὸ θηριῶδες . τοῦτο καὶ μιαιφόνον = Anaxim. § 24 κακοηθέστερον ἦν.

Orestes respondens contendit se iure fecisse (547): ad quod probandum utitur argumento iam ab Aeschylo adhibito (Eum. 663). Ut decet igitur primo loco ponit Aequitatem (post, Leges 571): ut diluat Tyndari argumentum (An. 37 § 30 ἂν δ' ὁμολογῶμεν . . . . δικαιότερα τὰ ἡμέτερα ἀποδεικνύναι πειράσομαθα). Proximum tenet locum Utilitas a Tyndaro neglectum (ὠφελῶ 565). Auget et ipse matris scelus (572 sq.). Exempla contraria affert (c. 37 § 29). Ad misericordiam non confugit. ἦθος magis quam affectus inest in verbis οὐκ εὐδαιμόνως (601).

Aliud exemplum huius generis iam supra tractavi (p. 18 sq.). Illud vix est nominandum iudiciale (δικανικόν Anax. c. 2 c. 5). Praecepta tamen, si quid aliud, sequitur.

Pauca de specie exquirendi addenda sunt. In hoc id agitur ut ostendatur aut res aut homo ei quod rectum est non convenire. Res aut oratio aut lex civitatis aequitati, utilitati, similibus nón convenit. Mores hominis aut his

finibus non conveniunt: aut in ipso nil aequale est. Tota igitur species τεκμηρίοις et ἐνθυμήμασιν continetur. Exemplo proposito omnia fient plana. Menelaus criminatur fratrem instabili esse animo (I. A. 334 = τὰ ἔθη φαῦλα Anax. 38, 3): vult eum mutari (cf. 332 = ἀνέντες Ib.). Amice agitur (336 = οὐ φιλονεικίᾳ § 3 οὐ πικρῷ τῷ ἤθει § 6). Fere tota probatio ex narratione constat. Narratio in duas partes scinditur: in utroque fine habes sententiose dicta (345, 366). Inconstantiam urget (μεταβαλών 343, 363). Ex priore sententia (345 sq.) iniustum (Anax. 2, 7 φίλους εὖ ποιεῖν), ex altera illum inhonestum (κακῶς 367) esse confirmatur. — A quo loco facile ad epilogum transitus paratur (370).

De Epilogo.

Sequitur ut de Epilogo dicamus.

Exordium conciliat, Epilogus concitat; illi lenitas, huic vis orationis propria. In priore rem breviter tangimus, in posteriore „totas vires causae orator ponit ante oculos“ (Cic. de or. 2, 29, 129. Quint. 6, 1, 12).

Plato ἐπάνοδον nominat de quo iam satis dixi (p. 13). Exempla Euripidea postea apponemus.

Apud Anaximenem duplex ratio est, posita aut in rebus aut in affectibus (ἀναμνῆσαι . . . . εὖ διαθεῖναι καὶ . . κακῶς 37,- 42).

Rerum repetitio vel παλιλλογία vel ἀνάμνησις memoriam reficit ἐν κεφαλαίῳ (cf. Plat. Phaed. 267 τὸ ἐν κεφαλαίῳ ἐ. ὑπ. Alii ἀνακεφαλαίωσις Quint. 6, 1, 1). Rerum repetitio brevis est (σύντομος passim). Fit aut cuncta simul enumerando (ἀπολογιζόμενον) aut singula dinumerando διαλογιζόμενον (Quint. 6, 1, 3): denique fit per interrogationes (προσερωτῶντα § 42. Quint. 6, 1, 5; 9, 2, 6). Rerum repetitio saepissime praecipitur nec in fine tantum (c. 24; c. 37, § 41, 36, 14, 38,6, 39, 9, 23, 7). Aliter Quintilianus: „nullo loco necessaria, si breves causae fuerint“; quo cum et poeta et oratores consentiunt (Volkmann p. 271). Tantum capita praecipua repetenda sunt (τὰ βέλτιστα c. 37, 43. Quint. l. c.).

Anaximenes de affectibus ieiune et exiliter disputat

(c. 37, 42 sqq.). Et Lysias in hoc parte infelicior erat (Dion. p. 199). Rhetoricus de amicitia, de gratia, de miseratione loquitur (c. 35, c. 37). Affectus et movendi et discutiendi sunt (ἐλέου εἰσβολή = ἐπὶ τὸν ἔλεον ἄγειν c. 35, § 3; ἐλεου ἐκβολή = ἀποτρέπειν c. 35, § 11). Et ira, invidia, inimicitia excitandae sunt (c. 35, 11 ; 37, 46).

Triplicem epilogi distributionem seriores exhibent (Cornificius 2, 30, 47. Cicero Inv. 1, 52, 98).

Apud Aristotelem quadruplicem habes (c. 19). 1. κατασκευάσαι τὸν ἀκροάτην. 2. αὔξησις. 3. πάθος. 4. ἀνάμνησις; ex quibus alteram partem Anaximenes in epilogo non praecipit: saepe in prioribus (c. 35, § 9, c. 36, § 17).

Inde Dionysius (de Lys. 197, 199) tres partes constituit, τὸ πρᾶγμα, τὸ πάθος, το ἦθος. De postrema habet multa Aristoteles: nec diserte de epilogo solo: σχέδον ὡς εἰπεῖν κυριωτάτην ἔχει πίστιν τὸ ἦθος (Rh. 1, 2, 4 cf. § 3). Πάθος, ἦθος apud Quintilianum sunt affectuum duae species, quae „in prooemio atque in epilogo sedem habere videntur“ (6, 1, 51). Nec ἤθους mentio apud Anaximenem deest: res diserte non tractatur (c. 39, 2, 6, cf. § 9, c. 11 τῷ ἤθει τοῦ λέγοντος = Aristot. c. 36, § 17 paullo aliter c. 23, 8).

Multa in Quintiliano de risu: qui ab Anaximene neglectus agnoscitur tamen (c. 23 ἀστεῖα. c. 36, 16 σκώμματα cf. § 15). Nec plura Aristoteles, quamquam plura pollicitus (Rh. 3, 18 s. f.). Uterque est Gorgiano dicto contentus (cf. supra p. 11. An. 36, 17. Volkmann p. 288).

Iam ad Euripidem recurrendum. Illi id cum oratoribus commune est quod Quintilianus habet (6, 1, 2): „Quae repetemus, quam brevissime; quae autem enumeranda videntur, cum pondere aliquo dicenda sunt et aptis excitanda sententiis et figuris utique varianda: alioqui nihil est odiosius recta illa repetitione velut memoriae iudicum diffidentis“. — Brevis esse laborat Euripides. Quae tamen repetit quam maxime diffingit, variat, exornat. Aptas sententias passim invenimus multas. At idem contra praecepta saepissime peccat in eo quod ad exordium recurrit. Diserte enim Cornificius (2, 30, 47): „Item curandum est, ne aut

ab exordio aut a narratione repetatur orationis enumeratio“. Amat poeta non solum sententias sed verba ipsa ab exordio in epilogum transferre. In epilogo Alc. 792 sqq. verba σκυθρωποῦ, σεμνοῖς, συνωφρυωμένοις, θνητὰ e prooemio repetuntur: participia perfecti utrinque adhibentur tanquam substantiva ξυνεστῶτος φρενῶν (797) = πεφροντικὸς (773): et repetit et variat. Electra 332 ὦ ξέν' ἱκετεύω σ', ἀπάγγειλον = 303 ἱκετεύω, ξένε, ἄγγελλ'. Helen. 939 παρθεν' . . . . . σ' ἱκετεύω = πάρθεν' ἱκέτις . . . . πίτνω (894) μιμοῦ τρόπους πατρὸς δικαίου = 901—2 μὴ πρόδῳς τὴν εὐσέβειαν τὴν σὴν χάριτας ἀδίκους ὠνουμένη. Phoenissae 1013 = 997, 8. Heraclid 528 = 501. Est ubi verbi sonum non sensum repetat Heraclid. 472 = 464. Scilicet quae in prooemio praeloquitur, ut cetera apte inducat, eadem periti more citharoedi, significatione aliqua sub finem ad aures revocat (ὅπερ ἐν αὐλήσει τὸ προαύλιον Ar. Rh. 3, 14, 1. Quint. 4, 1, 2).

Genus primum quo summatim enumeratur, saepissime apud Euripidem invenitur (ἀπολογίζομενον), brevissimum tamen et, sicut de prooemio significavi, cum affectibus commixtum. Nihil brevius, — idemque tamen figuris variatum — quam Orest. 1202 τήνδ' ἡμῖν ἔχω σωτηρίας ἔπαλξιν. εἴρηταί λόγος. Optime in oratione brevissima et brevitati et varietati studet: H. F. 347 ἀμάθης τις εἶ θεός, ἢ δίκαιος οὐκ ἔφυς. Simplicius, H. F. 854, ubi tamen vis multa est: ὥστ' οὐ παραινῶ μεγάλα βούλεσθαι κακά. Nihil compressius quam Hipp. 693, sententiose desinens: ubi enumeratio dissimulatur: „Invita fui ego, tu properasti: beneficia ex tua opera prudens timui, tu in bene faciendo amicis instituisti mala“.

Longior est enumeratio Alc. 792 sq., sed in genere leviore et cum hortatione commixta. Longior quoque El. 332 ubi Electra mandata dat, affectus tamen miscet.

Alterum genus est singula dinumerandi (διαλογιζόμενον). Concise I. A. 1249. ἓν συντεμοῦσ' — dein plenius — τὸ φῶς ἥδιστον — τὰ νέρθε δ' οὐδὲν — μαίνεται ὃς εὔχεται θανεῖν — κακῶς ζῆν — καλῶς θανεῖν. Cf. Heracl. 528, 1014. Suppl. 909. — Loci miserationis dinumerantur Hec. 369.

Genera enumerandi et dinumerandi comparare potes in

duabus ex Hippolyto orationibus — quas iam tractavi. — Thesei et Hippolyti. Theseus uno argumento maxime nititur: inde simplex enumeratio vel affirmatio. Hippolytus in refellendo multa contrahit — iusiurandum — suam temperantiam — dubiam mortis causam — (971 τί ταῦτα — 1032 sqq. δειμαίνουσ'; οὐχ ἔχουσα σωφρονεῖν; ἡμεῖς ἔχοντες). In eadem fabula, Phaedra ait (419 sqq.): αὐτὸ τοῦτ' κ. τ. λ. Plura nutrix in respondendo: λῆγε κακῶν φρενῶν — λῆξον ὑβρίζουσ' — τόλμα δ' ἐρῶσα — εὖ . . . καταστρέφου — εἰσὶν ἐπῳδαί, φανήσεται φάρμακον (473 sq.).

Tertium genus est interrogandi (προσερωτῶντα Quint 6, 1, 5 „Postulandum ab adversariis ut ad quaedam respondeant"). Saepissime apud Euripidem invenies. Et transitionem notat et orationem variat. Interrogationibus Demosthenem egregie uti notum est. — Seriem interrogationum habes (σχῆμα ἐρωτήσεως An. 37, 43). Electra 1041 sq. Phoen. 1615 (σχῆμα). Suppl. 246, 457 (προσερωτῶντα). Troad. 674, 961.

Saepe is qui perorat sua et adversarii argumenta inter se comparat (Ar. Rh. 3, 19, ἐξ ἀντιπαραβολῆς Anax. 37, 43 τῶν μὲν σαυτοῦ τὰ βέλτιστα τῶν δ' ἐναντίων τὰ φαυλότατα). Exempla in enumeratione sunt: Alc. 792 sqq. Andr. 361, 688. Hec. 326. Ion. 644 I. A. 1206: In dinumerando Or. 534. Cyclops 336.

Eius enumerationis in qua fit quasi regressio (ἐπάνοδος). Exemplum vide Or. 704 sq. ναῦς ἐνταθεῖσα 706 = 702 ἐντείνοντι: μισοῦσι δ' ἀστοὶ 709 = 696 ὅταν ἡβᾷ δῆμος: σώσειν σοφίᾳ 710 = 692 μαλθακοῖς λόγοις; λόγχῃ μιᾷ 712 = 688—9 κενὸν δόρυ ἔχων. cf. Alc. 858, 959. Heracl. 320. H. Fur. 1334 (si inde epilogi initium sumitur). Or. 534.

Unicum extat exemplum duorum intra unam orationem epilogorum (No. 124). At sub finem mater filios ambos alloquitur, duali usa numero (μέθετον 584).

Saepissime nulla est iusta rerum repetitio. Cum autem finis omnium orationum sit suadere, in epilogo finis ille tantum respicitur. Ergo vice enumerationis fungitur: 1. Indicatio capiendi consilii, aut iam capti defensio (προτροπὴν

πέρατι ὁρίσαι An. 33, 9). 2. Monitio aut reprehensio. 3. Petitio. 4. Exhortatio. Est ubi simpliciter summa rei ponitur (Alc. 320 δεῖ γάρ θανεῖν με). Exempla capti consilii. Or. 704, Andr. 378, 413. Bacch. 332: Monitionis: Hipp. 473, Andr. 177. H. Fur. 307. Alc. 1017. Bacch. 341: Petitionis: Andr. 572. Heracl. 220. Exhortationis: Hipp. 473, Med. 400.

Ut fit in prooemio, interdum conclusio ex sola sententia constat. Andr. 1007—8.

Frequentissimus est imperativi modi usus, praesertim ab initio epilogi, ita ut vel inde colligas oratorem iam tandem perorare velle Or. 1082. Med. 400. I. A. 1398. Hipp. 473. cf. Thuc. 1, 86 et passim.

Id quoque non raro significat inceptum iam esse epilogum, si verba verbis prooemii facile se nectunt; ut in disticho Ovidiano versus alter priorem sententia paullo aliter elata confirmat. Exemplo sit: Heraclid. 464—471 ubi vocabulum ἀμήχανος repetitum paullum a priore usu deflectitur. cf. Hipp. 700.

Inde exemplis ostendam quemadmodum praeceptis de variando sermone poeta satis fecerit (Quint. 6, 1, 2). — Troad. 736 (741) θανεῖ πρὸς ἐχθρῶν = Ep. 770 (775) δαίνυσθε τοῦδε σάρκας Hec. 357 δούλη = Ep. 376 αὐχεν' ἐντιθεὶς ζυγῷ. Hec. 1240 ἀχθεινὰ μέν μοι τἀλλότρια κρίνειν κακά = Ep. ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ πράσσειν ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ καλὰ (1250—1). Hel. 744—5 τὰ μάντεων φαῦλ' ἐστι καὶ ψευδῶν πλέα = 755 βίου γὰρ ἄλλως δέλεαρ εὑρέθη τόδε. Ion. 373 = 378—80. Ion. 440 = 449—51. Iph. Taur. 675 δεῖ με καὶ κοινῇ θανεῖν = 684—5 χρὴ συνεκπνεῦσαί μέ σοι καὶ συσφαγῆναι καὶ πυρωθῆναι δέμας. Med. 470 φίλους κακῶς δράσαντ' = 509 τοίγαρ με πολλοῖς μακαρίαν ἀν' Ἑλλάδα ἔθηκας ἀντὶ τῶνδε· θαυμαστὸν δέ σε ἔχω πόσιν καὶ σεπτὸν (Nauck, Mss. πιστόν) ἡ τάλαιν' ἐγώ. Or. 460 οὗ αἰδώς μ' ἔχει εἰς ὄμματ' ἐλθεῖν = 467 τίνα σκότον λάβω προσώπῳ; ποῖον ἐπίπροσθεν νέφος θῶμαι, γέροντος ὀμμάτων φεύγων κορας; Orest. 700—706.

Multa ex his id confirmant, quod dixi de sententia prooemii in epilogo repetita.

Non raro pro plena enumeratione stant quaedam tanquam formulae loquendi, ut apud oratores (Volkmann p. 264). Sic εἴρηται λόγος Or. 1203 (post quinque verba). Sic Phoen. 1012 (sequitur capti consilii mentio). Sic τοσαῦτ' ἀκούσας ἴσθι (Or. 627): τὰ μὲν παρ' ἡμῶν πάντ' ἔχεις (Phoen. 953): ἵν' εἰδῇς οἷ τελευτήσω λόγον (Troad. 1029 sequitur exhortatio): ἃ γ' εἶπας, ἀντήκουσας (Heracl. 1014): τούτων ἄμειψαί μ' εἴ τι μὴ καλῶς λέγω. (I. A. 1206): ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω. (Hec. 1180): Poetico colore variata: ἓν συντεμοῦσα πάντα νικήσω λόγον. (I. A. 1206): καὶ ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τάδ' ἐξηκόντισα (Suppl. 456).

Nonnunquam etiam deest omnino et enumeratio et ea quae in eius locum succedunt, scilicet significatio capti consilii etc. In hoc quoque noster cum oratoribus consentit (Volkmann p. 271). — Aliquando ea est oratio in quam vix cadat enumeratio. Optime deest ubi affectus sunt concitatiores: Hec. 836 (Commiseratio): Hel. 510 (item): Troad. 1029 (Indignatio).

Id quod Quintilianus praecepit de „aptis sententiis" illustrare exemplis supervacaneum est. Ex orationibus CXLVII in tabula fere quinquaginta aut plures sententiose dicta in epilogis continent. Nihil saepius praecipit Anaximenes: μετὰ ταῦτα γνωμολογητέον. Rhetoricus eas pro confirmatione haud modica habet. Quantum in re praestiterit Euripideo, licet vel ex derisore Aristophane cognoscas. „(Euripidi) tu quantum credas nescio. Ego certe singulos eius versus singula veritatis testimonia puto" (Q. Cic. ad F. 16, 8).

Hactenus de rerum repetitione. Iam ad affectus transeamus. — Oratoris est auditores sibi ipsi conciliare, ab adversario avertere, concitare affectus et componere (Quint. 6, 1, 11). Inde tria capita, miseratio, ἦθος, indignatio. Et hic facile est iustos operis fines egredi, et cum poetam intuemur, in poesin excurrere. Ut tamen in fabulis eius Hecuba duas personas sustinet: miserabilis est regina olim, iam serva humi iacens; eadem tamen, accusat, orat, in foro adesse videtur: sic ille τραγικώτατος fit ῥητορικώτατος.

Et oratorem quoque fatendum est non in epilogo tan-

tum sed in aliis etiam partibus affectus tractare: „nam neque exponi sine hoc res atroces et miserabiles debent“, (Quint. 6, 1, 53) et „aliae quoque partes recipiunt affectus sed breviores“ (§ 51). At nos operi nostro satis facere videbimur, si epilogos praecipue respicimus.

Cicero artem oratoris in hoc parte in locos sedecim communes distribuit. Horum ultimus est is „per quem nos animum nostrum in alios misericordem esse ostendimus et tamen amplum et excelsum et patientem incommodorum esse et futurum esse, si quid acciderit, demonstramus“ (Inv. 1, 55—56).

Hic locus apud Euripidem est frequentissimus, quo cum mirandum ἦθος coniungitur. Inde movent animos Macaria, Polyxena, Menoeceus, Iolaus. Alia exempla ex epilogis sunt haec: Andr. 413. Heracl. 451 , 528. Herc. Fur. 307. I. A. 1004. Idem ex comparatione manifestius fiet. Iason (Med. 1347) amissos plorat liberos, amissam sponsam, sed suo imprimis casui ingemit. Loco illi tertio apud Ciceronem satis facit. Adest πάθος; requiris ἦθος. Itaque hominem non miseramur; potius aspernamur. Contra quis non movetur conquerente Cadmo de morte Penthei (Bacch. 1302 sqq.), et quidem ex eodem loco, coniunctis quarto et quinto (1313 indigna fortuna pristina patitur, 1316 διατύπωσις egregia = ante oculos subiectio). Rursus Hec. 349 sq. ex locis primo, secundo, quarto, sexto (349 sq. in bonis fuit, in malis est. 359 sq. in malis futura est. 350, 357 indigna genere patitur. 351 praeter spem in miseriis est). Si versus Hecubae 467—371 coniunctos legis cum 402 sq., habes ἦθος quale oritur ex loco sexto decimo.

Alia exempla sunt:

Loci secundi Alc. 959. Bacch. 1359. Troad. 674 ἄρ' οὐκ ἐλάσσω sqq.

Loci tertii. Troad. 752 ὦ νεων κ. τ. λ.

Loci quarti. Andr. 113. H. F. 1306.

Loci quinti. Troad. 466 (per totam orationem).

Loci septimi (obsecratio per liberos etc.). Med. 252. Or. 669.

Loci octavi (aliquod non factum quod oportuerit). Hec. 613. Troad. 1200.

Loci noni. Troad. 1194 ὦ καλλίπηχυν κ. τ. λ. (Hecuba alloquitur Hectoris clipeum).

Loci decimi. H. F. 228.

Loci decimi cum quarto decimo coniuncti. Hec. 841.

Eiusdem cum tertio decimo et quarto decimo. I. A. 911.

Loci undecimi (cura sepulturae). Heracl. 588.

Loci duodecimi (disiunctio a familiaribus). Bacch. 1316. Troad. 1185 (σὺ δ' οὐκ ἐμ').

Loci tertii decimi. I. T. 708 (desertus ab Apolline „quem adiutorem fore putaverit" Cic. Ib.).

Loci quarti decimi. Heracl. 230 (δεσπότης).

Loci quinti decimi. Hec. 211 (sub finem neniae).

Iam supra de productione (παραγωγή, παράκλησις) diximus (p. 37). Hic laudare satis fuerit Aristophanem (Plut. 382), vim miserationis agnoscentem, et simul poesin et rhetoricem in unum contrahentem:

ὁρῶ τιν' ἐπὶ τοῦ βήματος καθεδούμενον
ἱκετηρίαν ἔχοντα μετὰ τῶν παιδίων
καὶ τῆς γυναικὸς κοὐ διοισοντ' ἄντικρυς
τῶν Ἡρακλειδῶν.

Non minus difficile est nobis ἦθος tractare. Quam late pateat verbi significatio Quintilianus notat (6, 2, 17). Tota scilicet tragoedia in moribus continetur. Hic tantum illud ἦθος considerandum quod orator prudens sciens que ad persuadendum depromit. Scilicet poeta omnes exhibet mores, orator ille probos tantum captat.

Sit igitur ἦθος mites illi apud dicentem mores qui ad benivolentiam praevalent (Quint. 6, 2, 9). Res ex comparatione fiet manifestior. Vehementer commota Hecuba Agamemnona in epilogo obsecrat (836). Est πάθος. Composite ille morum quadam proprietate argumenta tractat, auxilium promittit (861 cll. 850 sq.) Ἦθος prae se ferre vult: etsi verus affectus absit. (At iisdem fere verbis veriore animi affectu Demophoon, Supplices 422). Neque aliter Menelaus in Oreste fabula, ubi is iuveni omnia moventi frigide respon-

det (704 sq.). At eadem in fabula veros inter se affectus comparare licet. Et Tyndarus et Orestes bis quisque orant et perorant. Priore oratione uterque composite (535 sq., 600 sq.) „procul ab ira, procul ab odio“ ut decet „inter coniunctas maxime personas“ disceptationem peragunt. At in altera oratione senex saevit, obsecrat Orestes (622, 671). Rursus in Iphigenia Aulidensi puella miserabiliter perorat, pater ex commota tranquillam facere vult (1249; 1261): „nam quae πάθος concitavit, ἦθος solet mitigare“ (Quint. 6, 2, 12). Vide etiam quantum inter se distent orationes Iocastae, Polynicis, et Eteoelis in Phoenissis. Habes ἦθος ex animo excelso et patienti incommodorum in Hel. 851: et spreta quidem commiseratione (991). Ita Oedipus in Phoenissis (1622). Egregie Orestes in I. Taurica (490) ita ut mores dicentis ex oratione perluceant (Quint. 6, 12, 13). Bonitate commendatur Ion. (644 Quint. l. c. § 3). Denique in Troadibus fabula, postquam orationis vi et impetu theatrum commoverat (472 Quint. 6, 1, 51, 52), Hecuba leniter et digne non sine sententiis perorat (1200). Qui „affectus tamen non minus artis leniores habent“ (Quint. l. c. § 10).

Risus apud nostrum ut apud Demosthenem fere abest (Volkmann p. 285). Nec ubi adest, poeta feliciter rem tangit. Cyclopa quidem fabulam sciens praetereo. Electra in cognomine fabula Aegistho irridet (949); Amphiaraus Lyco propter flavos crines (H. F. 233 Στοχάζεται τῆς ἰδέας, id quod damnat Anaximenes c. 36 § 16). Acerbam habes ironiam Med. 509 (vide ad p. 19) Alc. 698, 793.

Prosopopoeam non multum adhibet (Quint. 6, 1, 25). Qua si non utitur, se non nescire tamen significat. Or. 674. Hel. 962. El. 332. Hec. 836.

Pauca exempla proponam quo epilogi constitutio manifestior fiat.

Alc. 662.

1. Dinumeratio cum monitione.
3. Indignatio = ἔκθεσις μετὰ δεινώσεως (Volkmann p. 267) = τέθνηκα τοὐπί σε.

4. Contrarium vel enthymema ex pugnantibus 669 sq. (An. c. 11).
5. Pr. repetit.: γέροντες = γέρων ὤν 635.

Alc. 699.

1. Enumeratio cum pondere; cum interrogatione; cum comparatione.
3. Indignatio: ὀνειδίζεις αὐτὸς ὢν κακός. Ironia (An. 22 § 1).
4. Sententia: „Vita omnibus cara“.
5. P. R. ὀνειδίζεις = κακοῖς ἐλαύνειν 676.

Bacchae. 322.

1. Captum consilium enarratur.

2, 3. Se excusat, alterius culpam auget. „Insanis neque modo vulgari“ (Cornif. 11, 30 locus VIII.).

5. P. R. διαγελᾷς 322, 272 σῶν λόγων . . . . μαίνει γάρ = ἐν τοῖς λόγοισι δ' οὐκ ἔνεισί σοι φρένες (269).

Cyclops 336.

1. Inde ut videtur, incipit epilogus. Repetuntur enim verba aut saltem sensus verborum.
   a. τοὐμπιεῖν κ. τ. λ. = πλοῦτος 316.
   b. Ζεὺς οὗτος = θεός 316.
   c. νόμους ποικίλλοντες = λόγων εὐμορφίαι 317.

   Ita fit ex praecepto Anaximenis 37, 43: τὰ βέλτιστα σαυτοῦ, τὰ φαυλότατα τῶν ἐναντίων: cf. Ar. Rh. 3, 19 ἐξ ἀντιπαραβολῆς.

Electra 952.

1. Deest iusta repetitio, et consulto quidem; ut ex verbis patet — ἔρρ' οὐδὲν εἰδώς: mortuum enim alloquitur.
4. Inde sententia longior, quam melius cum Kirchoffio a verbis ὥστε τις incipias (ὧδε Codex. ὥστε Stobaeus). Trita sententia optime variatur. Aliter Horatius nec tamen a figura discedens: Raro antecedentem scelestum Deseruit pede Poena claudo.

Electra 1041.

1. Fortasse quis a versu demum 1049 incipere mallet. Re dubia optime hic manebis. Nam ita interrogationum series in locum enumerationis succedit An. 37

§ 43 ἐρωτήσεως σχῆμα. Quint. 6, 15 et Quint. 9, „Quid tam commune quam interrogare . . . At ea res [sc. interrogare] multiplex habet schema. Incipiamus enim ab iis quibus acrior ac vehementior fit probatio . . . .“ Cum hoc congruunt poetae verba γλώσσῃ πικρότης ἔνεστί τις (1014).

2. Notandum est ἦθος, quanquam in re mala, consulto ad accusatorem conciliandum (Quint. 6, 1, 12).

Helena 851.

1, 4. Captum consilium uno verbo prolatum, per quod sibi sub finem probationis interroganti respondit, porro rationibus sententiose dictis firmatur.

2. Hic, ut tota ex oratione, elucet ἦθος nec πάθος negligitur, „facta corporis sui sepeliendi commendatione“ Cic. Inv. 1, 55 (L, XI).

Helena 1022.

1, 2. Exhortatur, adiuncto de se promisso, quod ea obsecrantibus concedit. Inde monitio deos placandi, ad 1005—7 relata, stat in sede conciliatione propria. Deos quasi coram audientes sibi conciliari vult (κατασκευάσαι εὖ τὸν ἀκροατὴν πρὸς ἑαυτὸν Ar. Rh. 3, 19, 1). Apta haec in ore sacerdotis, quae semper quasi ante ora deum loquitur: eodemque spectat oratio ad patrem conversa.

Ibidem inest ἦθος.

5. P. R. ὦ θανὼν πάτερ = κλέος τοὐμοῦ πατρός (999). ὅσον γ' ἐγὼ σθένω δυσσέβης ἀντ' εὐσεβοῦς = ἐγω πέφυκα εὐσεβεῖν (998).

Sed manum de tabula. Iam enim satis in hac quoque parte mens poetae elucet. Vides eum praecepti observantissimum esse; quae res ne fiat molesta, taedium levat facilis facundia atque inexhausta cum plena sententiarum et argumentoruum copia. Et vitiosa illa rhetoricae sectatio sibi cum summis viris communis erat, virtutem propriam primus assecutus est, ut, cum ad rem subtilem voces de medio sumptas afferret, simplici et eleganti sermone patriam linguam ditaret.

Librorum, ex quibus multa in meum usum excerpsi, indicem subicio.

Analecta Euripidea. v. Wilamovitz-Moellendorf. Qui vir etiam, pro humanitate sua, mihi paucis sed aptissimis verbis consilium dedit de toto opere.

Blass. Attische Beredsamkeit B. 1.

Cope. Journal of Sacred and Class. Philology No. 7, 9.

Cope. Introduction to Aristotle's Rhetoric.

Cope and Sandys. Aristotle's Rhetoric ed. C. and S.

Frei. Quaestiones Protagoreae. 1845.

Jebb. Attic orators v. 1.

Sauppe. Oratores Attici.

Sauppe. Platonis Protagoras ed. S.

Schanz. Beiträge zur vorsokratischen Philosophie. 1867.

Spengel. Anaximenes ed. S.

Spengel. Artium Scriptores.

Vitringa. De vitis etc. Protagorae. 1852.

Volkmann. Die Rhetorik der Griechen und Römer. 1885.

Vita.

Ego, Thomas Miller, natus sum anno 1839 in Leck, in comitatu Donegal, ex septemtrionali Hiberniae parte. Pater, iam mortuus, Iohn Hamilton, fuit Rector parochiae, et in rure Decanus: mater, adhuc superstes, Margaret Melville, ante nuptias Irwin cognomen habuit.

Ab anno 1850 usque ad 1857 Londinii commorans, fui discipulus in schola S. Pauli. Inde continuo Cantabrigiam discessi in Universitatem et quidem in Collegium SS. Trinitatis. Ibi electus in 1860 Scholaris, creatus sum in 1862 Baccalaureus Artium et justum post intervallum Magister Artium. In 1862 vocatus in Collegium Reginale fui Socius, Lector in classica Philologica, Praelector et Decanus. Inde, post totum fere annum in Italia absumptum, ab 1867 usque ad 1880 literas docebam in scholis dictis Haileybury College, Uppingham, University College (Londinii). Inde vocatus in Novam Zelandiam, Rector praefui scholae dictae High School, Christchurch.

Denique in 1884 mihi Gottingam adire contigit, ubi me studia diu remissa retractantem multum debere Professoribus Goedeke, Heyne, W. Müller, von Wilamowitz libenter ex animo profiteor.
